

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Liber Secundus. Amor regenerans per Baptismum; sive de Sacramento  
Baptismi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

## Amor ad Deum per Sacra menta perducens.

39

necessitas: siquidem gratiam in peccatore disposita productus sine ullo voto & relatione ad Sacramentum Penitentiae postea suscipienda.

Sed in hoc errasse videtur doctissimus vir: ut potest discordans à definitione Concilii Tridentini sess. 14. c. 2. Est autem hoc Sacramentum Penitentiae lapsi post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regenerari: ipse Baptismus, sine quo in re vel in voto nullus adulterus peccator justificari posset. Ergo nullus etiam post Baptismum lapsus sine Penitentia Sacramento, in re vel in voto, justificari posset. Alias sine eo salvare posset, in

casu quo sine eo justificatus instanti sequenti moratur.

Accedit quod ibidem c. 5. Tridentinum addat, 292  
peccatorum confessionem omnibus post Baptismum lapsi, iuris divino necessariam existere. Est igitur necessaria iis qui confirmantur. Quodque c. 4. contritioni charitate perfecta sic tribuat vim reconciliandi cum Deo, ante actualem fusoceptionem Sacramenti Penitentiae, ut tamen addat, reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

## LIBER SECUNDUS. AMOR REGENERANS PER BAPTISMUM.

Sive

### DE SACRAMENTO BAPTISMI.

**S**i ad Dei dilectionem in nobis excitandam, nutritandam, & augendam nihil ita valet, sicut beneficiorum ejus frequens & diligens recordatio, vel consideratio ( ut ait Author lib. de diligendo Deo apud Augustinum to. 9.) quantum Dei dilectionem in nobis excitare, nutritre, & augere non debet inenarrabile Baptismatis donum, per quod Deus eripuit nos de potestate senectutis, & transiit in regnum Filii dilectionis sue, in quo habemus redemptiōnem per sanguinem ejus, in remissionem peccatorum? in Baptismo quippe ( ut Gratianus ait de converti peccat. p. 1. c. 12 ) mundamus ab originali peccato, à diabolico potestate liberarum, filiis Dei, & baredes regni Dei officiur. In Baptismo, mi frater, Christus deponavit fibi animam suam, & monilibus, gemmique sanctis sublimi dignis ordine exornavit, qualia sunt grata, virtus, donum Spiritus sancti, aliaque munera & ornamenta plurima, qualia Iacob misit Rebecca, cum illam accepit uxorem. Quid fecisti tu, ut vel minimum horum dignissis acciperes? ... Quanta debes Domino Deo, quod in tanta, tamque infinita re: oborum infidelium multitudinem volueris te in electorum numero recenseri? inter domesticos Ecclesie nasci? latice Apostolorum nutritiri? &c.

#### CAPUT I.

Baptismi definitio, divisio, & institutio.

**B**aptismus à S. Thoma q. 66. a. 1. definitur, **ablutio corporis exterior sub prescripta verborum forma.** Hac definitio recte explicata optimo est. Explicatiū tamen sic definiretur: **Baptismus est Sacramentum, quo homō exteriori abluitur, & spiritualiter regeneratur per aquam, sub forma verborum à Christo prescripta.** Sic enim clare explicatur materia, forma, & finis institutionis Baptismi, qui est spiritualis regenerationis. Quam Augustinus tr. 11. in Joannem praeclarè explicat, dicens: **Duo sunt nativitates, una de terra, alia de cœlo. Una de carne, alia de spiritu. Una de mortalitate, alia de eternitate. Una de majestate & femina, alia de Deo & Ecclesia. Illa facit filios carnis, bac. spiritus. Illa facit filios mortis, alia resurrectionis. Illa filios saeculi, bac filios Dei. Illa filios ira, bac filios misericordie.** A per hoc illa peccato originali obligatos, Ista omni vinculo peccati liberatos.

2. Tamen propriè non sit nisi unus Baptismus,

4  
juxta illud: **Una Fides, unum Baptisma, Ephes. 4. in triplicem nihilominus dividit solem, utique in Baptismum fluminis, flaminis, & sanguinis. Vero duo ista posteriora baptismata includuntur in Baptismo aquæ;** inquit S. Thomas loco citato a. 11. ad 1. in quantum scilicet vera non sunt baptismata sine voto baptismatis aquæ.

Primus itaque Baptismus, est Baptismus fluminis, seu aquæ, proxime definitus. Secundus est Baptismus flaminis, seu desiderii, tunc contingens, quando ex amore Dei perfecto vehementer dolet quis de peccatis suis, cum sincero voto seu desiderio percipiendi Baptismum. Tertius est, dum mortem seu martyrum qui voluntariè suffert pro confessione fidei, vel defensione acrius virtutis christianæ.

De his duobus Augustinus relatus can. Baptismis de Confess. dicit. 4. dicit, **Baptismus vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est:** "Hodie mecum eris in Paradi, " non leve documentum B. Cyprinus assunit. **Quod, etiam atque etiam considerans, invenio, non tantum passionem pro nomine Christi, id quod ex Baptismo deerat, posse supplicare; sed etiam fidem, conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium Baptismi, in angustiis temporum, succuri non potest.** Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum. **Nec quia credidit, possum est;** sed dum patitur, creditis. **Quantum itaque valat, etiam sine visibili Sacramento Baptismi, quod ait Apollonus: "Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem," in illo latrone declaratur est.** Sed tunc impletur invisibiliter, cum mysterium Baptismi, non contemptus Religionis, sed articulus necessitatis excludit.

Sed & Innocentius III. cap. **Apostolicam, de 5.** Presbytero non baptizato, declarat, Presbyterum, quem sine unda Baptismatis extremum dicem classificare significatis: quia in sancta Matris Ecclesia fide, & Christi nominis confessione perseveravit, ab originali peccato solutum, & caelestis patriæ gaudium esse affectum, affectum incunctanter. Lægitib. 8. Augustini de Cris. Dei. ubi inter cetera legitur: **Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus Religionis, sed articulus necessitatis excludit.** Librum etiam B. Ambrosii de obitu Valentiniiani, idem afferens, revolve. Sopitis igitur quælibet Doctorum, Patrum sententias teneas, & in Ecclesia tua juges preces, bofisq[ue] Deo offeras pro Presbytero memorato.

Liber Secundus.

40

**6** Hic tamen de Baptismo flaminis & sanguinis non agimus, sed de Baptismo fluminis, seu aquæ, qui solus est Sacramentum. Quod licet Eltius existimet à Christo instituum fuisse, cum Nicodemus dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei*, Joan. 3: Alensis vero (cum Tertulliano, Chrysost., Theophylacto, Ruperto) post mortem & resurrectionem, quando discipulis Matth. 28: dixit: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.*

**7** Verior est sententia Nazianzeni orat. 39. Cyrrili nostri Alexandrini l. 2. in Joan. Augustini epist. 180. necnon tr. 13. & 15. in Joan. S. Thomas q. 66. a. 2. Catechismi Romani, & Doctorum Scholasticorum communiter, Baptismi Sacramentum à Christo tunc institutum fuisse, cum à Joanne in Jordane baptizatus fuit. Id enim suadet ratio S. Thomas, quod utique hoc Sacramentum tunc institutum fuerit, dum vim accepit suos producendi effectus. Sed eam vim accepit, dum Christus baptizatus fuit. Tunc enim aqua contactu corporis Christi consecrata, in Baptismi materiam est destinata, prout sancti Patres communiter tradidunt. *Baptizatus est ergo Dominus* (ait Ambrosius l. 2. in Luc.) *non mundari volens, sed mundare aquas, ut abluta per carnem Christi, que peccatum non cognovit, Baptismatis jus haberent.* Similiter Augustinus serm. 36. de temp. *Ex quo Salvator in aqua se meruit, ex eo omnium gurgitum tractus, cunctorumque fontium venas mysteriorum Baptismatis conjectavit: & quisquis ibi baptizari voluit, non tam illum mundi aqua diluit, quam Christi unda purificavit.* Salvator autem ideo baptizari voluit, non ut sibi munditiam acquireret, sed ut nobis fluentia mundaret. Et serm. 29. de temp. *In Jordanis undis, aquas ad reparationem humani generis sub Baptismo conjectavit.... omnibus aquis benedictionem dedit, quando in Jordanis alveum unicum ac singulari pietate descendit.* Tunc enī.... attacū membra singuntur. & fluunt ditantur. *Vitalis gratiam, non corpus ex flumine, sed flumen mutuatur ex corpore. Descendere in se fontem suum felix unda miratur, sub uno momento remedio eterno concipiens.* Et S. Maximus homil. 6. de Baptismo Christi: *Hodie Christus B. Joannis ministerio, fluentia Jordanis benedictione proprii Baptismatis conjectavit.* Et homil. 7. *Quod fluentis Jordanis baptizatur Jesus, aqua nostro Baptismatis conjectantur.... Baptizatur.... ut aquas ipse sanctificet. Baptizatur novus homo, ut novi Baptismatis constitutus Sacramentum.*

**8** Enimvero Baptismi Sacramentum ante Christi Passionem & Resurrectionem institutum fuisse, certum est ex Augustini sententia tract. 5. in Joan. dicente, quod Apostoli ipsi etiam Iudas, auct. Christi Passionem baptizaverint, non Baptismo Joannis, sed Christi: *Baptisma quod dabatur à Petro, Christi est, & quod datum est à Iuda, Christi erat. Dedit Iudas, & non baptizatum est post Iudam. Dedit Joannes, & baptizatum est post Joannem.* Quia si datum est à Iuda, Baptismus Christi erat. Quod & Joannis 3. Evangelista significat, dicens, quod Christus baptizabat, non per seipsum, sed per discipulos. Sequitur enim cap. 4. *Quanquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus.* Ut enim Augustinus observat tr. 15. in Evang. Joan. Jesus baptizabat, & non baptizabat. *Baptizabat, quia ipsi mundabat. Non baptizabat, quia non ipse turgebat.* Pretebat discipuli ministerium corporis, pretebat ille adiutorium maiestatis. Quod autem Baptismus ille, quem Christus per discipulos suos contulit, non Joannis fuit, sed Christi, idem Evangelista satis aperie significat, dum ait, quod Christus baptizabat per

discipulos. Neque enim Christus, sed Joannes per discipulos Christi baptizasset, si Joannis, non Christi Baptismum discipuli contulissent. Nec hoc dato discipuli Joannis' conqueti suffit de eo quod discipuli Christi baptizarent: *Facta est quatio ex discipulis Joannis de purificatione, seu Baptismo.* Cū honorificum fuisse Joanni, quod Baptismo suo baptizarent Christi discipuli.

Quod autem institutum non fuerit in privato 9 cum Nicodemo colloquio: *Nisi quis renatus fuerit, &c.* ratio est, quia tunc primum collata non fuit aquæ virtus spiritualiter mundandi & regenerandi; utpote jam ante collata in Jordane, ut supra ostentum est. Tunc ergo facta non fuit Baptismi institutio, sed facta institutionis & necessitatis Baptismi declaratio.

Quod etiam institutum non fuerit in cruce, 10 quando de latere Christi fluxerunt sanguis & aqua; multò minus post Resurrectionem, sed ante Passionem: ratio est, quia Christus ante Passionem in ultima cena instituit Eucharistiam, & Ordinem, ut confortat ex Trid. fest. 22. can. 2. Congruum autem fuit, Baptismum, utpote januam aliorum Sacramentorum, ante reliqua Sacra menta institui. Unde Nazianzenus orat. 4. Imperfectus, seu Joannes noster Hierosolymitanus in Math. c. 3. Hieronymus ibidem, S. Thomas q. 38. a. 6. ait, Christum baptizasse Joannem eo die quo à Joanne baptizatus fuit.

Nec S. Leo contrariatur, dum in epist. ad E. 11 piscopos Siciliæ ait, *Christum regenerationis potentiam sanxisse, quando de latere ipsius profluxerunt anguis redemptionis, & aqua Baptismatis.* Neque enim Leo dicit Christum regenerationis potentiam instituisse, sed sanxisse, id est moriente firmasse & stabilisse. Ed quod morte, & passione sua pretium perfollerit redemptions nostræ, unde de provenient vis, efficaciaque Baptismi. Dum autem in eadem epistola significare videtur, Baptismum fuisse post resurrectionem institutum, Matth. 28. dum Christus dixit: *Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* hoc referri non debet ad primam institutionem, sed ad datum discipulis praeceptum ac protestatatem baptizandi per totum mundum.

C A P U T II.

*Baptismi obligatio solam incipit post passionem & resurrectionem Christi; immo probabilitas, solam post Evangelium in die Pentecostes solemniter promulgatum.*

Priorem partem tradit Catechismus Romanus 12 p. 2. §. 11. post S. Thomam q. 66. a. 2. ubi sic: *Necessitas utendi Sacramento Baptismi, indicata suis homini post passionem & resurrectionem. Tum quia in passione Christi terminata sunt figurata Sacramenta, quibus succedit Baptismus; & alia Sacramenta nova legis.* Tum etiam quia per Baptismum configuratur homo passioni & resurrectioni Christi, in quantum moritur peccato, & incipit novam vitam. Et ideo oportet Christum prius pati & resurgere, quoniam hominibus indiceretur necessitas se configurandi morti & resurrectioni eius.

Ratio posterioris partis sumitur ex Tridentino 13 fest. 6. cap. 4. dicente, quod *justificatio, post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest.* Nec certè Baptismi necessitas ante solemnum Evangelii promulgationem (qua facta est in die Pentecostes) legitur ab Apostolis promulgata. Cū igitur lex non obliget antequam promulgetur, lex Baptismi non obligavit ante Pentecosten. Si enim ante obligasset, necessitas Baptismi in re, vel in voto ad justifi-

## De Sacramento Baptismi.

41

justificationem, ante Evangelii promulgationem eucurrisset. Non solum igitur post *Evangelium* promulgatum, ut dicit Tridentinum, sed & ante illius promulgationem eucurrisset. Cur autem potius, quam *cæteræ obligationes Evangelicæ?*

<sup>14</sup> Si dicas, legis Evangelicæ obligationem cœpisse statim ac Mosaica fuit extinta; adèque statim post Christi Passione & Resurrectionem, per quam lex Mosaica vim suam amittit, juxta illud S. Thomæ i. 2. q. 103. a. 3. ad 2. *Mysterium redemp-*

*tione humanæ generis completum fuit in Passione Christi: unde tunc Dominus dixit, consummatus est... Et ideo tunc totaliter cessare debuerat legalia, quæ jam veritate eorum consummatæ. In cuius signum in Passione Christi velum templi legitur esse*

*seissum. Matth. 27.*

Contrà legis Evangelicæ obligationem incipere non potuit ante ipsius promulgationem. Cum promulgatio sit de ratione legis. Lex quidem Mosaica vim suam amissit in morte Christi, sed non idèo lex Evangelica obligare coepit in morte Christi; sed tunc demum, cum in die Pentecostes solemniter promulgata fuit, ita ut tempore quod medium fuit inter mortem Christi & Pentecosten, nec lex vetus ita extincta fuerit quin observari potuerit, nec lex nova adhuc necessariò tuerit observanda. Neque enim ante Pentecosten Evangelium populi fuit ab Apostolis prædictum. Neque lex nova promulgari debuit, nisi post confirmationem omnium mysteriorum Christianæ Religionis, quæ demum in die Pentecosten, vel ad summum in die Ascensionis completa fuerunt. In die vero Pentecosten Petrus Apostolorum Principe cum omnibus conditionibus requisitis Evangelium promulgavit in prima sua concione quam Lucas enarrat, Actor. 2. Nam concio ita (ut Bellatrinus obseruat l. 1. c. 5. de Sacr. Bapt.) *ab initio fuit in urbe regia Hierosolymorum, præsentibus omnibus hominibus omnium nationum, ut Lucas testatur, à summo Pracone Evangelii, qui erat Apostolus Petrus, & in ea concione comprehensa sunt precipua capita totius doctrine Evangelicæ. Denique continuo etiam cepit usus Sacramentorum.*

### CAPUT III.

#### Materia remota Baptismi.

<sup>15</sup> Duximus est materia Baptismi, sicut & reliquum Sacramentorum, remota scilicet & proxima. Materia remota est aqua naturalis, ut Christus significavit Joan. 3. cum dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Sieque Ecclesia semper intellexit, & tradidit. Neque enim alia aqua, quam naturali, Apostolos baptizasse, argumento est, quod Acto. 8. cum Euodus Candacis Regine Æthiopum baptizari vellet, inventa aqua, dixit Philippo: *Ecco aqua, quid prohibet me baptizari?... Et descendenter isterque in aquam, Philippus, & Euodus, & baptizavit eum.* Cumque Acto. 10. Petrum cum fidelibus vidisset, Gentes accepisse Spiritum sanctum, materiali Baptismi aquam designat, dicens: *Numquid aquam quis prohibere posset, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?* Quasi dicat non esse, cur ipsi contrari non possit Baptismus, cum aqua non defit, quam baptizentur. Merito proinde Tridentinum scil. 7. can. 2. anathema dicit ei, qui dixerit, *aquam veram & naturalernon esse de necessitate Baptismi; aqua ideo verba illa D. N. J. C. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. ad metaphoram aliquam deterferit.*

<sup>16</sup> Per aquam vero naturalem, omnis aqua intellegitur, que communi usu & sensu hominum, est & vocatur aqua, simpliciter & sine addito, *sive ea maris sit* (inquit S. Carolus Borromæus in instruct. de Baptismi administr. act. Eccles. Me-

dolan. p. 4.) *sive fluvii, sive palidis, sive putrei, sive fontis, que sine ulla adjunctione aqua dicta solet.* Nec ita admixta alteri corpori, ut amplius non sit aqua, sed aliud aliud, ut sudor, saliva, lachrymæ, cerevisia, juseculum in quo cocta sunt carnes, atramentum, &c. *Aliis autem liquoribus aut aquis, que ex floribus, herbis, alijsve istius generis exprimantur, elicuntur, Baptismum confici non posse,* Pastor populum docebit.

*Si forte aqua admisceatur in tam parva quantitate alicui corpori, quod compotitum magis sit aliud, quam aqua, (sicut lutum magis est terra, quam aqua) non potest fieri Baptismus,* ait S. Thomas q. 66. a. 4. *Iecu si admisceatur in tam magna quantitate, ut re & nomine adhuc sit aqua, ut aqua lutosa.*

Proinde non licet, etiam in extrema necessitate, baptizare in alia materia, quam in aqua, v.g. in vino, vel fanguine; quidquid Lutherus interrogatus num deficiente aqua licet baptizare in vino, in colloquio Symposie c. 17. responderit baptizari posse in omni liquore, ex quo balneum confici posset. Ex quo consequens foret, posse in fanguine humano, vel porcino; ex quo balneum confici posse constat ex historia Constantini Magni.

In dubio vero, an liquor (qui ad manum habetur) sit aqua naturalis, an non? Tametsi alia aqua hic & nunc haberi non possit, non licet extra necessitatem baptizare. Tametsi in extrema necessitate licet, in modo oporteat (sub conditione) baptizare in materia dubia, dum certa haberi non potest. Quia Sacramentum potius exponendum est periculo nullitatis, quam horro periculo, in modo certitudini damnationis. Sed & agro periclitanti succurrendum medicina dubia, potius quam nulla. Denique non intervenit temeritas presumptionis, abi est diligentia pietatis, cap. si nulla de Consecr. dicit. 4.

Scotus tamen in 4. dist. 3. q. 2. sapienter observat, quod quando possibilis adeat, via tutissima eligenda est. Si non adeat possibilis, via tutissima proxima tenenda est. Cessante impossibilitate, cautè suppeditum, quod impossibilitas prohibebat.

Sed quid de aqua rosacea? in eane baptizare licet, & sub conditione oportet, in extrema necessitate, alia certior aqua deficiente? Affirmo cum Puteano ad q. 66. S. Thomæ a. 4. Tannero to. 4. disp. 4. q. 1. n. 41. Franciso Farvacquez opulc. de Baptismo c. 2. q. 2. §. 3. ubi sequenti ad id probandum exhibet argumenta non contemmnda.

*Quia in extremo periculo, extrema quaque remedia tentanda sunt.* Quare cum hinc agatur de "extremo periculo, & externa salute infantis agonizantis, extrema quaque remedia tentanda sunt." Inter quae merito recentetur aqua rosacea. Cum "multi Theologi profuturum infanti ejusmodi Baptismum plie confidant, nec deint pia confidencia veritatis fundamenta."

Siquidem valde veritatis est aquam, è floribus rotolarum, subiecta igne expressam, sicut veram aquam & naturalem. Quia valde probabiliter assertur, elementa veræ, & (ut aiunt) formaliter manere in mixtis.... Est enim opinio plurimum Medicorum, Chymicorum, & Philosophorum, Bodini, Dandini, & aliorum, quos hinc referre longum foret. Stabilità autem probabilitate hujus opinionis, infero. Ergo etiam probabilitè assertur in floribus rotolarum, quæ sunt corpora mixta, superstitiæ manere substantiam aquæ verae & naturalis, quamvis, ut sensisse fertur Averroës, reinissem. Infero ulterius: substantia aquæ verae & naturalis, in floribus rotolarum deliquescentes, & quodammodo dormiens, subiecto igne

F

„inde educi & excitari probabiliter poterit .... Si-  
„cūt ē silice, per motum chalybis substantia ignis  
„veri & naturalis educitur ....

- 24 „ Sed eto non permaneant elementa verē & for-  
„maliter in mixta, eritne propterā improbable,  
„aquam veram & naturalem ē floribus rosarum  
„generari & excitari? In haec opinione vera & na-  
„turalis substantia ignis generatur & excitatur ē  
„mortuo silice, attritu & rarefactione pinguium &  
„inflammabilium spirituum (at Fromondus l. t.  
„de anima c. 8.) quidni etiam vera & naturalis  
„substantia aqua generari & excitari poterit ē flori-  
„bus rosarum, factō per ignem motu, & partium  
„humidarum & liquidarum fēgatione, & in tu-  
„bum congreatione?

Deinde ostendit fundamentum Theologorum, cum S. Thoma negantur aquam rosaceam esse veram aquam naturalem, eo quod formā substanciali differat ab aqua vera & naturali, esse incertum. Tum quādū certum est, an dentur forma

„substantialies inanimes, realiter à materia diversa.

„Cūm eas negent ex Democriti & Epicuri schola

„redivivi Philofophi, quibus nihil ex principiis fidei

„certum, nihil ratione naturali demonstratum op-

„ponitur.

25 „ Quādū enim aqua rosacea sit artificialiter eliba-  
„no stillata, non oblat ne equidem sit aqua vera  
„& naturalis: sicut quādū ignis ē silice eductus,

„sit quadammodo artificialiter eductus, non oblat

„ne equidem sit ignis verus & naturalis. Sic ut ergo

„ignis ē naturalis est quādū substantiam, solūm-

„que artificialis quādū modum elicendi. Ita simi-  
„liter.

26 „ Quādū etiam aqua rosacea odore & sapore dif-  
„ferat ab aqua vulgari. Non est firmum certum  
„quā argumentum, ex quo certò inferri queat esse  
„aquam substantialiter diversam ab aqua naturali.

„Infirmum quippe argumentum est, ex unius ac-  
„cidentis diversitate, diversitatem substantialiem in-  
„ferre. Cūm aquae balcarorum sulphure, sapore,

„colore, plurimisque accidentibus discernantur ab

„aquis vulgaribus, à quibus non idē substantia-

„ter diffire tradit S. Thomas.

27 „ Deinde si rosa non sint odorifera, qualis fer-  
„tur eis Hierichuntina, quo indicio aquam inde-

„expressam ab aqua vulgaris substantia discernere?

28 „ Cūm ergo probabile sit, aquam rosaceam ab  
„aqua vera & naturali substantialiter non diffire;  
„in casu extremae necessitatis, si alia aqua defit, li-  
„cetum aqua rosacea remedium adhibere. Tam-  
„est extra necessitatem aqua rosacea baptizare fa-  
„cilegium sit, meritoque Catholici culpēt & re-  
„petant Baptizantia hereticorum, aqua rosacea pas-  
„sim baptizantia, exemplo Wiclefitarum qui  
„(reste Hapsfeldio hister. Wiclef. c. 4.) non fina-  
„plicent, sed rosacea aquam ad mysterium Baptis-  
„mi absent.

29 „ Haecenū doctissimum Farvaciū. Qui deinde  
„querit, licetne infante agonizantein baptiza-  
„re liquore ex arboreis, aut vitibus promanante,  
„si nullus alias suppetat idoneus? Et responder ex  
„tacitis fundamentis id videti licitum. Non enim  
„defunt Authorē Theologi, qui ita sentiant, ut  
„Dicasillo tr. 2. de Baptismo disp. 3. dub. 3. ubi  
„sic: Vidi aliquando amphoras benē grandes aqua  
„brevissimo tempore ex vitibus colligi, nec in colore,  
„sapore, aut odore deprehendere posui, in quo differ-  
„ret ab elementari, dum Murex versara.

30 „ Et concedo quādū elementa in mixtis verē &  
„formaliter permaneant, cur elementum aqua ve-  
„ra & naturalis, delitecens in arboreis, aut vi-  
„tibus, non poterit per calorem solis, aliasvē cau-  
„tas congregari, & deinde foras protrudi. Indō non  
„est improbabile aquam veram per radices seu fi-  
„lulas, ē terra ex fugi, & polica distillari. Nam  
„apud Majolum de plantis Hispanus Scriptor: De-

„prehendimus (inquit) arbores plurimam ad se a-  
„quam trahere ex humo, radicum operā, velut fi-  
„stalis: atque adeo averti fontes, atque scaturig-  
„nes, ne profuant. Propterea casa syrā, fontes  
„promanant compertum est.

Neque alter fieri possit credendum est, quod 31  
scribit Joannes Metellus: Forrea Injula, una Ca-  
„nariarum, fluxu, fontibus, puerique caret: ve-  
„rantamen unicā ea est arbor, mūris uti fons cir-  
„cumdata, nūci arbori simili. Hec aquam, que  
„percorribus, hominibusque sufficiat, ē foliis abertim  
„diffusat. Idem, vel simile narrat Majolus ex Au-  
„thoribus, quibus se credere dicit. Idem ex Indis  
se audiret scribit Dicasillo ubi supra.

Ex quibus infertur, ex arboreis, vitibusque a- 32  
„quam veram & naturalem probabiliter fluere, vel  
faitem inerit dubitari, an non vera ē & na-  
„turalis; quā proinde in extrema necessitate uī licet,  
& oporteat, alia deficiente.

Lixivium non nimis decoctum, ab omnibus ad 33  
mittitur tamquam materia idonea, sicut & jucu-  
lum in quo coctæ sunt carnes, damnatio (inquit  
S. Thomas ad 3.) non sit facta tanta resolutio  
corporum laxatorum in aqua, quid liquor plus ha-  
beat de aliena substantia, quam de aqua. Quod ex  
Spissitudine perfici potest. Si tamen ex liquore sic  
insipiatu exprimitur aqua subtilis, potest ex ea  
fieri Baptizans, sicut ē in aqua que exprimitur  
ex luto, licet in luto fieri non possit.

Aqua etiam collecta ex vaporibus densatis, ex 34  
olla evaporatis, que hærent in ejus operculo, ab  
omnibus (quantum seio) habetur pro sufficiente.  
Sicut & illa qua tempore hyemali fluit ex  
lapidibus & parietibus. Cūm sit liquor ex aere ver-  
sus in veram aquam naturalem.

Ab omnibus vero rejicitur lac, & succus ex 35  
prefus ex pomis, pyris, cerasi. Salivam quoque  
ut certò insufficientem rejicit Innocentius III. cap.  
non ut de Bapt. & ejus effectu, ubi sic: Puffo-  
les, urinam parvuli sint pro Christianis habent,  
quos in articulo mortis confititos, propter aqua pe-  
niciam, & absentiam Sacerdotum, aliquorum fin-  
plicias in caput, & pedes, ac inter scapulas,  
pro Baptizans, salivæ conspersione linivit. Responde-  
mus, quod cūm in Baptizatio dico semper, videlicet  
verbū, & elementū, nec esset requiratur,  
dubitare non debes, illos verum non babere Baptis-  
zatum, in quibus non solū utrumque prædictorum,  
sed etiam alterum est omisum.

Quod si verum est de saliva, etiam verum est 36  
de urina, lachrymis, pituita.

Succos & liquores, qui per alchymiam aut di- 37  
fillationem educuntur ex herbis, plantis, floribus,  
licet rejiciant S. Thomas, Scotts, & alijs pafim,  
pro materia probabili, vel saltem dubia habent,  
qui aquam rosaceam, velut materiam probabilem  
aut dubiam, in extrema necessitate centent usū-  
pandam.

De sudore, an differat specie ab aqua naturali, 38  
dubitant nonnulli apud Dianam p. 6. tt. 7. refol.

18. Sed cadem videtur ratio sudoris ac salive,  
de qua suprà n. 35.

Aquam ex sale refolutam, ineptam plerique 39  
cent. Aptam reputat Henriquez in Sum. I. 2.  
c. 6. n. 1. Dicasillo suprà n. 29. Bonacina de  
Sacram. q. 2. puncto 3. n. 4. aliique plures.  
Tannerus vero suprà n. 38. habet ut minimum  
pro dubia.

Cerevisiam indistinctè reprobant Henriquez, & 40  
Bonacina. Sed approbant cum distinctione Scot-  
us in 4. dis. 3. a. 4. Coninck, Tannerus,  
Layman, si valde tenuis sit; secus si crassæ & de-  
cocta. Tunc enim de ipsa philosophandum, uti  
S. Thomas suprà philosophatur de aqua jurulen-  
ta valde pingui.

Atramentum (inquit Gobat tr. 2. de Baptismo 41

- n. 32.) absque omni dubio constat majore copia aquæ, quam alocés, aliorumque ingredientium. Non ideo tamén qui vel admittat, vel rejicit exprestè. Ipse censet esse materiam aptam, sicut est aqua turbida. Est enī vera aqua, licet nigra: sicut aqua turbida, vera est aqua, licet turbida. Nec refert quid ab aqua vulgari differat odore, sapore, colore. Neque enim idēo firmiter concludit substantia licet ab vulgaris differere. Nec apparet cur de atramento philosophandum non sit, uti de cerevisia & juculo; que secundum Doctores sunt materia apta, si sermo sit de cerevisia & juculo tenui. Idem ergo dicendum videtur de atramento non crassō, sed tenui.
- 42 At (inquit Caramuel Th. Fundament. fund. 64.) atramento potius maculari videntur, quam lavantur. Respondet Farvacius hic non requiri aquam, que emundet corpus a quibuscumque foribus corporalibus (alias lutulentis aqua non foret materia apta) sed que fit aqua, ex sua substantia apta lavare corpus, quamvis ex aliquo accidente per cam corpus maculetur.

## CAPUT IV.

## Baptismi materia proxima.

- 43 Farvacius in Appendice ad cap. 2. q. 2. improbat communem loquendi modum, quo Scholastici materiam Baptismi, aliorumque Sacramentorum duplēcē affingunt, remotam scilicet & proximam. Et ratio principalis ipsius est, quia Concilia & Canones non aliam agnoscunt Baptismi materiam, quam aquam veram & naturalem. Nusquam ablutionem nomine materie designarunt, nusquam materię proximę meminerunt.

- 44 Sed frustā vir crudelissimus de nomine disputat, dum de re constat. Materie proxima nomine nihil aliud Scholastici Doctores intelligent, nisi materię remote, v.g. aquę, legitimam ad subiectum applicationem. Quis dubitat applicationem istam à Concilia & Canonibus agitant? An non in Canonibus & Concilis mentio ablutionis, infusionis, immersionis, aspergionis, &c.? Hoc Scholastici vocant materiam proximam. Nec hinc nimis urgenda ratio materię proximę: cum etiam in causa Sacramentorum ratio materię & formę non sit nimium urgenda: quia in eorum nonnullis materię & formę sunt tantum analogiae, ut Morinus observat lib. 10. c. 10. n. 17.

- 45 Et idēo rejicienda foret usurpatio nominis materię proximę, quia illius Concilia & Canones (iub eo nomine) non meminerunt; pariter rejicienda fuisset ante Florentium usurpatio nominis materię & formę, in Sacramentis explicandis: quia materię & formę Sacramentorum (sub eo nomine) prīca Concilia & Canones non meminerunt. Sed sicut hoc prætexū hæretici inanier explodunt in Sacramentis explicandis nominis materię & formę: quia licet prīca Concilia & Canones illis nonnullis Sacramentorum natum non explicaverint, rem tamen illis nominibus sequentium ſacrorum uſu significatam agnoverunt; ita similiiter, &c. Alias similiiter explodendum foret, in materia penitentie, nomen atriūonis, quod prīci Patres, Canones & Concilia non usurparunt. Nec Concilium Nicenum ut debuisset vox *confabulatoryis*, autem non ulitata.

- 46 Rejecteda igitur ad nihil utili contentione, proximam Baptismi materiam esse dicimus ablutionem, fīe talcm applicationem aquę ad corpus baptizati, ut corpus verē dici possit lotum seu ablutum. Quam ablutionem S. Thomas q. 66. a. 1. usque adēo censet esse de ratione Baptismi, ut

dicat quid Baptismi Sacramentum non perficitur in ipso aqua, sed in applicatione aquae ad hominem, que est ablution (audiat Farvacius;) & idēo Magister in 3. art. 4. sent dicit, quid Baptismus est ablution corporis exterior, facta sub forma prescripta verborum. Et concinit Scotus in 4. diti. 3.

47 Applicatio vero aquae, ad corpus ejus qui baptizatur, necessario fieri debet per contactum fluentis & successivum, quo vel aqua contingat cum qui baptizatur, vel hic aquam contingat, ut ablution dici possit. Sic Doctores communiter tradunt, fīe interim fīat per immersionem, fīe per affusionem, fīe per aspergionem. Quocumque enim ex istis modis validē fieri docet S. Thomas; in dī & licet, dummodo quisque servet usum Ecclesie suę, sicut observandum monet Rituale Romanum. Quia vero per immersionem expressius repræsentatur figura Domini repulitura, ad quam repræsentandam baptizamus (Apostolo testic, quicumque baptizati sumus in Christo, in morte iphus baptizati sumus: conspici enim sumus cum illo per Baptismum in mortem. Rom. 6.) idēo S. Thomas dicit, quid modus iste baptizandi communior sit & landabilior; nec necessaria sit triana, fīe immersione, fīe infusio. Tamen hīcē in partibus in situ sit *trina infusio* aquae super caput baptizandi: prima, dum dicitur *in nomine Patris*: secunda, dum dicitur *& Fili*: tercia, dum dicitur *& Spiritus sancti*. Eaque representatur etiam aliquo modo repulitura Christi: Nam quicumque modo fiat ablution (ait S. Thomas a. 7.) corpus hominis, vel aliqua pars ejus, aqua supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit possumus.

48 Quodque oīm Baptismus etiam per aspergionem vel effusionem collatus fuerit, videri potest apud Cyprianum epist. 70. ubi ad id allegat illud Ezech. 36. *Aspergam* (sive ut nos legimus effundam) *Super vos aquam mundam*. Beatum quoque Laurentium sic baptizasse legitur (ait S. Thomas) sicut & alios Santos, & hoc præcipue propter necessitatem, vel quia est magna multitudo baptizandorum, ut patet Ad. 2. & 4. ubi dicitur, quid crediderint uno die tria milia, & alia die quinque milia. Et S. Franciscus Xaverius propriā manū tinxisse dicitur duodecies centena milia hominum. Quod nonnulli per aspergionem facere potuit.

49 Tantum porrō aqua corpus baptizandi continere debet, ut ipse moraliter censetur ablution; eaque pars corporis abluta, à qua homo simpliciter denominetur *ablutus*, seu *aqua aspersus*, &c. Unde secundum aliquos sufficit aspergo durum vel trum guttarum, in dī unius guttae, dummodo successivo motu per corpus fluens, secundum Vasquez, Henriquez, Comitolom, & alios. Sed & secundum Valquez, Lessium, & alios, sufficit quid homo abluitur in quavis parte corporis, quamvis minima. Non enim semper à majori parte fumitur denominatio: cum homo simpliciter dicatur christiane *undus*, eti minima pars frontis digito christiane intincto attingatur. Unde validum censent Baptismum infans factum digito aqua intincto. Nec rebaptizandum, si digitus fuerit probe immersus in aquam. Gobat tr. 2. de Baptismo lect. 2. n. 46.

50 Veruntamen in re tanti momenti tutiora semper sequenda sunt: idēque, si nihil obstat, abludum est semper caput, in quo vigent omnes sensus, ait sanctus Thomas a 7. ad 3. Ita etiam Catechismus Romanus p. 2. q. 18. Si quando periculum urgeat, nec caput, nec alia notabilis pars corporis (v. g. caput, vel humerus) ablui possit, in parte que se offert, quamlibet minima, infans est baptizandus, ipsum postea rebaptizando sub conditione, si in parte dubia fuerit baptizatus.

<sup>51</sup> Addit sanctus Thomas q. 68. a. 11. ad 4. quod expectanda est totalis egressio pueri ex utero, ad Baptismum, nisi mors immineat. Si tamen prima caput egrediatur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizatur, pericolo imminentem, & non est posse rebaptizandus, si eum perfectè nasci contigerit. Et videtur idem factendum, quacunque alia pars egreditur, pericolo imminentem. Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas viata ita conficitur, sicut in capite; videtur quibusdam, quod propter dubium, quacunque alia parte corporis ablata, puer post perfectionem nativitatem sit baptizandus sub hac forma: Si non es baptizatus, ego te baptizo.

<sup>52</sup> Sed quid si mors immineat infanti, nullà sui parte existenti extra uterum, possitque Chirurgus, vel obstetrix, aqua inpergere infante, adhuc in utero totaliter existente, eritne validus & licitus iste Baptismus? Negant Bonaventura, Atenensis, Durandus, Comitolus, & alii. Quia juxta Matth. 1. dicunt: *Nisi quis renatus fuerit, &c.* Juxta Augustinum verò in epist. ad Dardanum: *Nemo renascitur, nisi prius nascatur.* Et idem Isidorus cap. qui in maternis 115. de consecr. dist. 4. ait, quod qui in maternis uteris sunt, ideo cum matre baptizari non possint, quia qui natus secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Neque enim in eo duci regeneratio poterit, quam generatio non praecedit.

<sup>53</sup> Si tamen aqua ad ipsum infantem verè immittatque, Baptismum ipsius validum licetque censeno cum Gabriele, Victoria, Toletto, Maldonato, Suarez, Vivaldo, Prepolito, Chapeville, Bonacina, Tannero, Valentia, aliquique multis. Ratio est, quia qui verè ablui potest in nomine Patris, &c. baptizari potest. Si ergo infans in utero ablui possit, baptizari potest.

<sup>54</sup> Nec obstat quod allegatur ex Matth. 1. Augustino, & Idoro. Quia juxta S. Thomam in 4. diff. 12. q. 1. ad 2. *duplex est carnalis nativitas.* Prima in utero... Secunda nativitas est extra uterum. Priori nativitate infans, adhuc in utero existens, verè dicitur natus (juxta illud Matth. 1. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.*) Cui conionat Alexander IIII. cap. debitum de Baptismo, ibi: *In carnali generatione, quæ proles ex viro & femina nascitur, &c.* Nec ullibi Scriptura requirit nativitatem extra uterum. Eam quidem requiretur videtur Augustinus, sed inchoatam per aperturam uteri, per quam aqua ad ipsum infantem valeat pertingere. Nec Isidorus negat natum in utero per Baptismum renasci posse, si aqua ad ipsum verè queat pertingere; sed solum negat renasci posse, seu baptizari cum matre, per hoc utique quod maternus uterus abluitur. Quia putat infantem non natum extra uterum, secundum se ablui non posse, sive aquam ad ipsum non posse pertingere. Cujus oppositum Medici telantur, probantque, ex eo quod in puerperio, ostium uteri, cui infans inclusus est, sufficienter aperiri solet, egressumque infanti dare, sic ut iustus aperiens defecūt vix unquam proles in utero moriatur, sed dum edī non potest, architudo aliarum partium, vel prolis infirmitas in causa est.

<sup>55</sup> Aperto verò ostio uteri (quæ aperio, quedam inchoatio est nativitatis extra uterum) catō infantis, vel saltem secundum, infantem circumdans, si nondum fracta sit, per obstetricem, vel Chirurgum tangi potest. Igitur aqua uia que ad infantem, vel secundinam immitti potest, sive manu madefacta, sive tubo aliquo, que Chirurgi solem aquas salutares, in matricem affectant, ad eam sanandam immittere. Quo instrumento si immitti queant aqua matricis sanativæ, quidni & infantis ablutiæ, quæ saltem secundinam attin-

gant. Quod probabiliter sufficit ad Baptismum infantis: cùm secundina probabiliter sit pars infantis, quādū in materno est utero, (sic enim doct. Aurelius, Angelus, Sylvester, Vaquez, Reginaldus, Coninck, Prepolitus, Bonacina, Dicastillo, aliquę non pauci, èd quod sit membrana aquata & congenita infanti, non solum ad tegumentum, sed ad infantis nutritionem ordinata. Taliuntur quippe Medici per venas, in secundina subtantiam diffusas, alimentum traduci à venis uteri materni, ad venam umbilicalem infantis. Ex quo ipse alimentum exsugit, codemque aliamento, quo infans alitur, alit & secundina. Videtur ergo ad perfectionem & integratorem infantis perire, pro tempore quo infans illa indiget; licet ad eum non pertinet pro tempore quo non indiget. Quod non mirum. Quia natura, juxta varios statu, varias fibi comparat partes, ut in adolescentia femen, in virilitate barbam, &c.

Semper autem cavendum ne alia adhibeatur aqua quam calida: cō quod immisso frigidæ fœtus mors matris.

Nec contrarius est S. Thomas q. 68. a. 11. ad 57. 1. dicens, infantes, quādū sunt in utero matris, baptizari non posse: *quia non subiectuntur actioni humanae.* Quia certum est ex contextu quod hoc dicat ex suppositione quod ita inclusi sint in materno utero, ut actio humana ad ipsos pertinere nequeat. Arque adeò pro tempore quo oſtium uteri nondum apertum est: utpote quo aperto certum est ipsos tangi posse, atque adeò ab eo matru obstericias & humanæ actioni subiici.

Superest quæſio duplex. Prima de capillis, va- 58 teatice Baptismus, si eos solos aqua contingat. Secunda, ad valēat, dum infans supponitur aquæ ē tecto defluat.

Ad 1. respondeo esse contrarias de eo Doctorum opiniones. Negant enim iſtū Baptismi valorem Bonacina, Villalobos, &c. Affirmantverò Sorus, Valentia, Coninck, Vaquez, Layman, aliquę plures. Quia censem capillos esse partem humani corporis (quod contrariis Authores negant) trahentem ad ornatum ipsius. Ob illam opinionem contrariaitatem, repetendus erit sub conditione, si possibile fuerit.

Ad 2. respondeo valere Baptismum; utpote ad 59 cuius valorem perinde est five aqua applicatur corpori, sive corpus aquæ. Si enim verè forditat vestem, qui eam forditibus applicat: verè etiam abluit corpus, qui applicat illud aquæ. Sicut frophiolum abluit, qui illud aquæ applicat, & immergit.

## CAPUT V.

## Forma Baptismi.

Forma ordinaria apud Latinos haec est: *Ego 60 te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Apud Gracos vero baptizatur servus Dei, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Baptizatur (inquam) non vero baptizatur, ut plerique Latin. Theologi referunt. Quia Leo X. in sua Confessione accepimus nuper, data 18. Maii 1521. testatur, morem baptizandi Graecorum, à Florentino approbatum, est (ut dixi) baptizatur servus Dei, &c. Sic ut & Clemens VII. in Brevi de 26. Maii 1526. quo confirmat Constitutionem illam, seu Litteras Leonis, quas (inquit) in Secretaria nostra diligenter inspici & examinari fecimus, atque de verbis ad verbum transcribi. Neque Liturgia, & Euchologion illa Graecorum, seu nova, seu vetera, habent baptizatur, sed baptizatur, ut ex P. Gour, Severo Patriarcha Alexandrino, Nicophoro Calisto, Sophronio, & tribus Graecorum formulis, Farvacius

## De Sacramento Baptismi.

45

ostendit opus. de Bapt. c. 3. q. 1. §. 2. ex his concludens in Florentina Instruione Armenorum, non esse legendum baptizetur, sed baptizatur: cum sit legiter natio Graeca, lectionem approbantibus duobus laudatis Pontificibus. Ex eo vero quod utraque illa forma valida sit, & ab Ecclesia probata, manifestum est, particulam ego in forma Latina non esse essentiam, sive non esse de ratione Baptismi, quod in forma illius designatur persona baptizanti: utpote que in forma Graeca non designatur.

62 Et quia utraque forma convenit in distincta expressione trium Personarum SS. Trinitatis, quam in Baptismo adiubandam Christum docuit Matth. ult. baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: caue Christi verba unanimis SS. Patrum sensus, & universa Ecclesia sic semper intellexit, tamquam adeo necessaria, ut sine his Baptismus non subsistat. Sequitur eroncam esse tentacionem Cajetani, qui ad q. 66. S. Thomae a. 5. & 6. contra Angelicum Praeceptorem suum docet, ratum esse Baptismum in solo Christi nomine collatum, absque distincta expressione trium Personarum SS. Trinitatis.

63 Quod autem unanimis SS. Patrum sensus Evangelica verba ex Matth. ult. allata semper intellexerit, tamquam Baptismi formam, adeoque effientiam praescribentia, non est quod dubitet. Si quidem Tertullianus lib. de Bapt. c. 13. Lex (inquit) tingendi imposita est, & forma prescripta: Ite, docete nationes, tingentes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Cyprianus epist. 73. ad Jubajan. Dominus post resurrectionem discipulos suos, quemadmodum baptizare debenter, instituit, & docuit, dicens... baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Augustinus l. 6. de Bapt. c. 25. Uenit adeo Evangelicus verbi suis, sine quibus Baptismus Christi conseruari non posset. Quo Evangelica verba ibidem l. 3. c. 15. exprimitur: *Sa verbis Evangelicis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Marcion Baptismum consecratabat, &c.* Leo Magnus epist. 4. decret. ad Episcopos Siciliæ: Dominus... discipulis suis... formam & postularem tradidit baptizandi, dicens... baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Fulgentius de Incarn. & grat. Chr. c. 11. dicit, Matth. ult. traditam esse formam sancti Baptismi, esse in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti preferendam. Isidorus lib. 2. de div. Offic. c. 24. Nequaque Baptismi sanctificatur officio, nisi qui sub Trinitate tingitur Sacramenta, sicut Dominus ait... baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, &c. Promide si, omnia qualiter Trinitatis Personæ, Baptisma detur, manifeste in regenerationis aqua nibil agitur, nisi tota Trinitas invocetur. Damascenus l. 4. orthod. fid. c. 10. Quia in sanctam Trinitatem minimè baptizati sunt, bi denudo baptizantur necesse est... Enimvero quoniam verborum forma adiuvanda est, Dominus discipulis suis in hac verba expressit: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Beda to. 8. q. de pecc. origin. Siquis baptizans dicit: Baptizo te in Christo Iesu, & non dicit: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sicut Dominus instituit, non est verus Baptismus. Et ideo videndum est, ne quis erret in verbis Apostoli, quibus dicit, nunc baptizo in Christo Iesu, aliter intelligens quam dictum sit.

64 Univerlam quoque Ecclesiam Evangelicam illa verba semper sic intellexisse, confitit ex eo quod Rituala, & Euchologia omnia Ecclesiae, tam Occidentalis, quam Orientalis, non alien exhibent Baptismatis formam, quam sub distinctione trium Personarum SS. Trinitatis invocatione, dicendo: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quam adeo necessariam Ecclesia semper centuit, ut Paulianistas haereticos, in nomine

Patris, & Filii, & Spiritus sancti non baptizatos, iussit baptizari. Secus alios haereticos, sub illa verborum forma baptizatos, ut videre est can. 19. Concilii Nicen. Similiter Cataphrygæ ad Ecclesiam venientes can. 7. Concilii Constantinop. jussi sunt baptizari: quia (telle Gregorio Magno l. 9. epist. 61.) in Trinitatis nomine minime baptizantur. Et idem ibidem decrevum est de Eumonianis: quia non in Trinitatem (ait Sozomenus l. 6. c. 26.) sed in Christi mortem Euomius affereret baptizandum. Sed & Arianos Concilium Arælatense can. 9. dicunt non baptizatos, si reprehenduntur baptizati in Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Verum, si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

### C A P U T VI.

*Non valet Baptismus sub espresso solius Christi nomine collatus. Nez Apostoli sic unquam baptizaverunt.*

Apostolos ex quadam dispensatione sic initio 65 Nascentis Ecclesia, ad celebrandum Christi nomen, baptizasse docuerunt Hugo Victorin. p. 6. l. 2. de Sacram. c. 2. Magister sent. in 4. dicit. pluresque alii veteres Scholatitici. Sed Apostolos sic nunquam baptizasse, docent Bafileus l. de Spiritu sancto, cui titulus: *Adversus eos qui dicunt sufficere Baptisma tantum in nomine Domini.* Augustinus l. 3. contra Maximium Arianum c. 17. ceterique cum ipso Patres, per Baptismum in nomine Iesu Christi collatum, de quo in Actis Apostolorum, intelligentes Baptismum collatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: Illi (inquit Augustinus loco citato) qui Act. 2. non nominantur Patre & Spiritu sancto, in nomine Iesu Christi jussi sunt baptizari, intelligentur non baptizati, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Ante Basilium & Augustinum Cyprianus in 66 epist. 73. ad Jubajan. dum in Actis Apostolorum, Petrus... dicit: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Iesu Christi,* &c. Iesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi Pater omittitur, sed ut Patri quoque Filius adjungeretur. Enimvero ubi post resurrectionem a Domino Apostoli ad Gentes mittuntur, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, baptizare Gentiles jubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foris extra Ecclesiam, modo in nomine Iesu Christi, ubicunque & quomodocumque Gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christi Gentes baptizare jubeat in plena & auctorata Trinitate?

Innocentius I. epist. 22. ad Episcop. Macedon. 67 ait, eos qui in nomine Christi a Paulo baptizati leguntur, sicut baptizatos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

V. Beda to. 8. q. de pecc. origin. *Siquis baptizans dicit: Baptizo te in Christo Iesu, & non dicit: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti,* sicut Dominus instituit, non est verus Baptismus. Et ideo videndum est, ne quis erret in verbis Apostoli, quibus dicit, nunc baptizo in Christo Iesu, aliter intelligens quam dictum sit.

Quod itaque non valcat, nec unquam valuerit Baptismus, in solo Christi nomine, non distincte in nomine Patris & Spiritus sancti collatus, inde confitit quod dum Christus Apostolis potestatem dedit baptizandi, formam sub qua baptizarent expresteri dicens: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et formam quidem essentialem, ut constat ex dictis capite precedenti. Incredibile vero est Apostolos non servasse formam essentialem sibi à Christo pra-

F 3

scriptam. Incredibile quoque Christum, qui tam solemniter legem Baptismi tulit, in ea mox cum Apostolis dispensasse. Cum nullà necessitate, nullà revelatione, nullà traditione nitatur ista dispensatio. Imò necessitas erat potius non dispensatio, ut fideiis quisque in suo Baptismo doceatur fidem SS. Trinitatis, qua fundamentum est Christianæ Religionis. Unde Act. 19. legitur, quod Paulus, inventis quibusdam in Christum credentibus, eos interrogaverit: *Si Spiritus sanctus accepisti credentes?* Cāmque illi responderent: *sed neque si Spiritus sanctus est audivimus.* Miratus Paulus, quod fideiis Spiritus sancti edo-  
Eti non essent in Baptismo, rursum interrogavit eos, dicens: *In quo ergo baptizati es?* Qui dixerunt, in Joannis Baptismate. Dixit autem Paulus: *Joannes baptizauit Baptismo persistente populum,* dicens, *in eum qui venturus esset post ipsum ut crederet, hoc est in Iesum.* His auditis baptizati sunt in nomine Iesu. Unde Hieronymus in cap. 2. Joel. Quicunque (inquit) credere se dicit in Christum, non credens in Spiritum sanctum, perfecte fidei oculos non habebit. Unde in Actibus Apostolorum, qui baptizati erant Baptismate Joannis, in eum qui venturus erat, hoc est in nomine Domini Iesu: quia responderunt Paulo interrogantes: sed ne si quidem Spiritus sanctus, audivimus: iterum baptizantur. Quia sine Spiritu sancto, & mysterio Trinitatis, quidquid in unam aut alteram personam accipitur, imperfectum est. Et Cy-  
rillus noster Alexandrinus Dial. 7. de Trinitate obseruat, Apotholom post illa verba: *neque si Spiritus sanctus est audivimus:* interrogando: *in quo ergo baptizati es?* clare insinuare, solum in Baptismo nominari Spiritum sanctum. Basilius quoque cap. 12. de Spiritu sancto dicit, Apostolos quidem baptizante in nomine Iesu Christi, sed non solo, sive non retinende nomina Patris & Spiritus sancti.

70 Falluntur ergo, qui contra formam baptizandi à Domino præscriptam, putant aliquando in primitiva Ecclesia inter baptizandum, solum nomen Christi expressum. Cum enim dicuntur alii qui in Actis Apostolorum baptizati in nomine Domini Iesu, non significatur in eorum Baptismo solum nomen Iesu expressum sive, sed eos Baptismo Christi, atque in fide & virtute Christi, sub præscripta ab ipso forma baptizatos sive. Nam etiam Math. 3. & Joan. 1. Baptismus Christi dari significatur in Spiritu. Et Rom. 6. in mortem Christi. Non idè tamen valuit aliquando Baptismus, collatus sub expresso solo nomine Spiritus sancti, vel mortis Christi.

71 At (inquires) Ambrosius 1. 1. de Spiritu sancto c. 3. sic ait: *Si unus in sermone comprehendens, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum, fidei autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum abneget, plenum est fidei Sacramentum.* Nicolaus I. responso 104. ad Consulta Bulgarorum ita re-  
scripsit: *A quodam Judeo, nescitis utrum Christiano, an Pagano, multos in patria vestra baptizatos effectis? & de his quid sit agendum consilistis. Hi pro-  
fecto si in nomine sanctissime Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus exposuit Ambrosius) constat eos non esse baptizandos.* S. Bernardus epist. 340. ad hanc questionem, an baptizatus sit puer, cui Laicus, in periculo mortis ipsum baptizans, dixit: *Bap-  
tizo te in nomine Dei, & sancte & veræ crucis?* Respondet: *Ego verè hunc baptizatum puto.* Et paucis interiectis id probat ex eo quod legimus in Actibus Apostolorum, non modo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; verum & in nomine Domini Iesu Christi aliquos baptizatos.

72 At (inquam ego) Ambrosius ibi non loqui-

tur de Ministro & forma Baptismi (alijs sibi aper-  
tè contradiceret c. 4. perspicue dicenti: *Nisi bap-  
tizatus fuerit in nomine Patris, & Filii, & Spi-  
ritus sancti, remissum non potest accipere peccatorum, nec spiritualis gratia manus haurire.* Et c.  
7. *In uno nomine baptizari nos oportet, hoc est in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti)* sed loquitur de sufficiente Baptismum, fidicique con-  
fessione per ipsum facienda, ut ex contextu Far-  
vacus ostendit q. 3. §. 2.

Quod Nicolaus I. super hoc scripsit, ut priva-  
73 tus Doctor scripsit, utpote super hoc non confutus. In eo proinde non est audiendum, contra definitionem Pelagi & Zacharias, antecellorum suorum. Siquidem Pelagius II. scribens Gaudentio Episcopo: *Multis sunt (inquit) qui in nomine soli Christi... se afferunt baptizatos. Evangelicum verò præceptum, ipso Deo & Salvatore nostro Jesu Christo tradente, nos admonet... baptizata omnes Gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Itaque si revera bi... solammodo se in nomine Domini baptizatos fuisti forsitan constitutus, sine cuiusquam dubitatione ambiguo, eos... in sancte Trinitatis nomine baptizabis. Zacharias verò in epist. ad Bonifacium declarat, *regulam à Domino esse impofitam, Baptismum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti consecrandi...* Quis enim, nisi baptizetur iusta præceptum Domini, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti... potest esse Catholicus? Similiter audiendum non est Bernar-  
dus ea in epitolita, si verè ipsius sit; sed authoritas ipsius cedere debet contraria definitioni Ecclesie, laudatorumque SS. Pontificum. Ve-  
rum epistola illa existimatur spuria.

## C A P U T VII.

*Nunquam valuit Baptismus, sub hac forma col-  
latus: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
sancti. Amen: prætermis illis: Ego te bap-  
tizo.*

Hac de re Morinus 1. 8. de Penit. c. 16. n. 74  
71. In Baptismi forma (inquit) præcipue consideranda est Trinitatis invocatio. Hoc unum scriptis suis Patres nobis commendarunt. De hoc solo legimus eos questionem cum hereticis habuisse, & propter hoc solum, vel omnium, vel male enunciatum, vel aliquid ei additum, hereticorum Baptisma improbatum; omnium verò admisisse, qui Trinitatem baptizando invocassent. Eos autem disputasse, an baptizandum dicendum esset, Ego te baptizo, vel baptizetur, vel baptizatur, vel (nomine ipso præterito) sufficeret actum ipsum immersum exsarcere, dicendo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nusquam apud eos legi commen-  
tarum, nedum disputatum.

Et infra: antiqui Patres, & Græci & Latini, Baptismi effectum invocationi sancta Trinitatis semper attribuunt, Sacerdotemque aiunt per precem & invocationem S. Trinitatis baptizare.... Ita enim, baptizo, baptizetur, vel baptizatur, tamquam quid accessorum... considerabant, tosi ad S. Trinitatis invocationem attinissimi.... Antiquissimi Scholastici tam pauci fecerunt priorem formulæ partem, ego te baptizo, ut quamplurimi pronuntiarent, ad substantiam Baptismi non pertinere. Præ-  
positus, cum viveret, splendidissimum Theologie Scholastice lumen, in 4. parte Summa sic referit, ubi agit de forma Baptismi: Queri solet, utram verba hac, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sufficiant? An hoc verbum, baptizo, sit de substantia Sacramenti? Magistri nostri omnes dixerunt, quid hoc sufficit: in nomine Patris, &c. Sic aliquot ante ipsum annis communiter in scholis definiebatur, & in præi usurpabatur, ut

ut manifestissimum est ex *Summa de Sacramentis*, & anima consiliis, que in Biblioteca Vittoriana extat manucripta, cuius Author est Petrus Cantor Parisiensis, Praepositus senior, fol. 156. ubi querit: utrum prolatio hujus verbi, baptizo, sit de substantia Sacramenti? an sufficiat dicere: In nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti? Non est apud Doctores definitum. Juxta institutionem tamen evangelicam (ubi dicitur, baptizantes eos in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti) ostenditur quid facere debeant in invocatione istorum nominum. Unde videtur non aliud exigere ad formam. Item colligitur ex Hugone a sancto Victore l. 2. p. 6. c. 13. de Sacramentis fidelium.... Petrus Claramontanus Episcopus eandem proutus hypothesis Stephano Tornacensi Episcopo proponit, dubius an huiusmodi Baptismus sit repetendus. Primum ueste que te habens, Laicos, cum in necessitate baptizant, omittere hec verba, Ego te baptizo, & solum mergendo dicere: In nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti. Reponens Stephanus, legitimum sibi videri Baptismum ipsum, nec repetendum. Quia Patres in Baptismo hereticorum, ut ratus est, solum Trinitatem invocationem quaerunt. Quod nonnulli Patrum testimoniis demonstrantur. Deinde quia nequam in Evangelio jubetur dicendum: Ego te baptizo; sed tantum, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.... sane videntur Stephani rationes probabiles (subiungit Morinus). Probè enim scilicet Patres, in quo Baptismi substantia conficeret. Sed de invocatione S. Trinitatis leguntur tantum solliciti fuisse. Deinde videtur omnium Gentium, atque etiam S. Scriptura, & rationis ipsius regula, cum praecipito satisfacere, qui quod Dominus praecipit exequitur, ne opus esse, ante emunatur se hoc facere. Exempli causa, jubes Elizaeus servo suo, puerum sacrificato, ut ponas baculum suum super faciem pueri. Quis dicat, necesse fuisse servos, pronuntiare haec verba: Pono baculum Eliae super faciem tuam. Jubet Dominus Moysen virgam projicere, ut fieret serpens. Nunquid necesse fuit Moysen dicere, virgam projicere.... S. Jacobus de infirmo.... jubet: Orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. An ideo necesse est dicere: ideo te? vel non proficit ipsa oratio, nisi prius dicas: oro, vel oremus? Greci.... hoc tantum proferunt: signaculum doni Spiritus sancti. Et antiquis Latinis: signum Christi in vita eternam. Alii tantum: in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti.

75 Verum (ut optimè Maldonatus in cap. 28. Matth.) ita omnes habilitates una Ecclesie traditio, optima sacrarum Litterarum interpres, omnino dispat. Ex ea quippe efficax argumentum habemus ad concludendum, quod cum Christus iussit baptizare in nomine Patris, &c. iussi exprimere actum baptizandi (quidquid si de aliis exemplis à Morino allegatis) in illis enim voluntas & institutio Salvatoris pro regula est. Sic autem Christus voluntate & instituente, scimus ex Ecclesiæ traditione, quæ docet actum baptizandi exprimentum esse. Cujus quidem traditionis certum argumentum habemus, tum ex definitione Alexandri III. cap. si quis puerum extrav. de Bap. Si quis puer ter in aqua immerserit, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti. Amen. Et non dixerit: Ego baptizo te in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti, non est puer baptizatus. Tum ex eo quod Alexander VIII. die 7. Decemb. 1690. hanc proclamari propositionem 27. ex 31. Valuit aliquando Baptismus, sub hac forma collatus, in nomine Patris, &c. prætermis illis, ego te baptizo.

76 Nec in contrarium proferit poslunt SS. Patres: utpote apud quos Morinus tacetur, nihil super hac questione commemoratam, multo minus disputa-

tum. Nec mitum: quia ipsorum tempore nulla soper hoc mota fuit quæstio, sed magna semper fuit contentio: siquidem, ut Maldonatus observat q. 3. de Baptismo, traditio semper hæc fuit, ut Minister ita diceret, quando baptizabat: ego te baptizo, &c. Controversia circa Baptismum hereticorum, solum fuit super invocatione SS. Trinitatis. Et ideo in questione de Baptismo hereticorum de ea solum solliciti fuerunt, non de expressione actus baptizandi. De qua Patrum tempore hereticum cum Catholicis semper converuerunt. Et per hoc patet ad argumenta Stephani, Episcopi Tornacensis, & Morini.

## CAPUT VIII.

*Ad Baptismi valorem non solum exprimenda est Personarum Trinitas sub propriis & distinctis nominibus personalibus, sed & divine naturæ Unitas.*

**E**xprimendam esse divinarum Personarum Trinitatem, sub propriis & distinctis nominibus, conflat ex dictis cap. 5. & 6. Solum addo tres Personas necessariò exprimendas sub propriis nominibus personalibus, id est significantibus propriam rationem Personæ. Hujus enim defectu S. Thomas q. 66. a. 5. ad 7. S. Bonaventura, Scotus, & Doctores communiter negant perfici Sacramentum, si quis baptizet in nomine genitoris, geniti, & spirati. Quia voces Genitor, Genius, Spiritus, ex vi significandi non important propriam rationem cuiusque Personæ, sed aëris notionalis, nec sunt synonyma cum his, Pater, Filius, Spiritus sanctus. Quia vox genitus & genitor latius patet, quam vox filii & pater. Siquidem ex nobis generamus vermes, qui non sunt filii nostri. Ob candem rationem plerisque videtur, non valere Baptismum collatum in nomine Ingenui, Imaginis, & Doni, vel Authoris, Unigeniti, & Doni. Tametsi enim verba illa, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti. S. Hilarius I. 2. de Trinit. explicit per illa, id est in confessione & Authoris, & Unigeniti, & Doni; non ideo sic explicat, quod illa significant propriam cuiuscumque persona rationem: sed quia significant realiter idem, sive quia idem sunt re, non formaliter significatio.

Exprimendam quoque divine naturæ unitatem, habemus ex Evangelio, in quo Christus baptizari iussit in nomine, non in nominibus Patris, & Fili, &c. ad unitatem illam exprimendam. Unde Hieronymus in cap. 4. ad Ephes. Non baptizantur in nominibus Patris, & Fili, &c. sed in uno nomine, quod intelligitur Deus. Et Ambrosius I. 2. de Sacram. c. 7. Noli mirari, quia dixi, unum nomen, una Majestas. Hoc est nomen, de quo dictum est, in quo oportet omnes salvos fieri. Et ratio est, quia Baptismus est Sacramentum fidei, in quo Christus exprimi voluit primum & præcipuum fidei mysterium, utique SS. Trinitatis, quod consistit in uno Deo, tribusque Personis.

Sequitur proinde, non valere Baptismum, collatum in nominibus Patris, & Fili, &c. Ita S. Ambrosius, & S. Hieronymus locis citatis. S. Augustinus I. 3. contra Maximin. c. 22. Quid liquit dicer: Baptizo te in nomine Patris, & in nomine Fili, & in nomine Spiritus sancti? Bonacina d. 2. q. 2. p. 4. n. 3. negat valere. Quia per hoc non significatur naturæ unitas, id pluralitas. Melius probaret, quia sicut forma Baptismi, quæ parte significat Trinitatem, tam significare debet vox significante Trinitatem, potius quam unitatem; ita quæ parte significat unitatem, tam significare debet vox significante unitatem, potius quam

Trinitatem, sive potius aliquid unum, quam trinum. Vox autem in nomine iter repetita, non magis significat unum nomen, quam trinum.

- 81 In contrarium tamen est communis sententia, teste Leandro q. 15. quam Farvacius de B. pt. c. 3. q. 5. quæstunc. 5. confitare dicit ex eo quod in veteri forma benedictionis Baptisterii ( quam exhibit ex Severo Patriarcha Alexandrino ) iter olim repetita fuerint verba in nomine. Sed quid inde ? Fator hinc quidem colligi quod triplex repetitio verborum in nomine non necessariò designet naturam divinæ Trinitatem ; sed non idem designat unitatem, potius quam Trinitatem.

- 82 At ( inquit ) validus est Baptismus, si quis dicat : Baptizo te in nomine Dei Patris, Dei Filii, Dei Spiritus sancti. Fator : sed hoc idem, quia natura divina unitas satis exprimitur per ly in nomine numero singulari semel exprimuntur.

- 83 Propterea Baptismus ( de quo quæstho ) mihi videatur antep & dubius, idemque sub conditione repetendus : Neque enim dubium submovet ordo Baptismi conscriptus a Severo Alexandrino , in quo haberi dicitur hæc forma , baptizatur talis N. in nomine Patris amen. In nomine Filius amen. Et Spiritus sancti ad vitam facili faculorum ; utpote quæ non videatur irrefragabilis esse autoritatis, ut nec forma Nettorianorum , qui in Palestina ter reperiri dicuntur ly in nomine. Unde non folius Bonacina invalidum censet ejusmodi Baptismum ; sed & Antonius Antonius celebr. Controv. 1. 2. Controv. 2. cap. 1. Fillius tr. 2. n. 62. Nescen tr 2. de Bapt. dub. 5. aliisque plures à Bonacina relati, sicut & à Dicastillo de Bapt. dis. 1. dub. 5. n. 96.

- 84 Sequitur 2<sup>o</sup>. non valere Baptismum, sub forma collatum : Baptizo te cum Patre, & Fili, & Spiritu sancti. Quia in ea forma non exprimitur divina natura unitas, nec valer Baptismus nisi collatus evangelicis verbis, in nomine Patris, & Fili, & Spiritu sancti, quibus & natura unitas, & Perlonarum Trinitas distinctè exprimitur.

- 85 Nec dicas cum Comitolo l. 1. respons. q. 9. has voces, baptizo te cum Patre, & c. æquipollentes esse cum illis, in nomine Patris, &c. contrarium enim constare videtur ex hoc quod per priores distinctè non exprimitur natura unitas, ut per posteriores.

- 86 Sequitur 3<sup>o</sup>. non valere Baptismum collatum in nomine prima, secunda, & tertia Personæ. Quia in ea forma tres Personæ non exprimitur sub propriis nominibus personalibus, id est significatibus proprietates personales singularum Personarum.

#### C A P U T I X.

Referuntur varie forme, de quarum valore dubitare quis posset.

- 87 Prima forma est illius Sacerdotis, qui, ut referunt cap. retulimus de Baptismo, ex Latino Lingue imperitia, baptizabat dicendo : Baptizo te in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti. Respondet Papa Zacharias, Baptismum esse validum. Quia ex circumstantia nota probatis & imperitis satis appetit, tres Personas SS. Trinitatis designari verbis illis.

- 88 Quod si ex malitia, non ex imperitia, sic aliquis baptizaret, idque ex circumstantiis apparet, certe verba illa neque per se sumpta, neque ex circumstantiis haberebant sensum à Christo intentum. Ideoque videretur Baptismus, vel dubius, vel nulus, ut indicat Coninck hic q. 6. n. 7.

- 89 Secunda est Carbonaria Leodiensis, lingua corrupta Leodiensis sic baptizantis : Efan j' et batisse à

nos des Pere, & des Fils, & des saint Esprit. Cùm enim vox gallica des si. apud Gallos pluram numeri, Carbonaria illa baptizare videtur in nomine Patrum, & Filiorum, & Spirituum sanctorum. Respondeo tamen cum Marchantio resol. Pastor. de Sacram. tr. 1. c. 2. n. 1. Baptismum esse validum. Quia ex circumstantiis, & parvo modo loquendi illarum mulierum, satis apparet per corruptum illum loquendi modum non variari sentimus à Christo intentum.

Tertia est hac : Ego te baptizo in nomine Patris, & sancta Crucis, & Spiritus sancti. Hanc formiam a Suarez non penè rejecit censet Gobat hic n. 90. Quia per sanctam Crucem satis à Christianis intelligitur Christus. Valet autem hæc formula : Ego te baptizo in nomine Patris, & Christi, & Spiritus sancti. Nilominus respondet non valere. Quia per sanctam Crucem distinctè non exprimitur persona Fili.

Quarta hæc est : Ego te baptizo in nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti. & beatae Virginis. Ejus valorem pendere concesso ab intentione Moliatti. Valet enim, si illa additione solum petat intercessionem B. Virginis, vel solus intendat ipsam honore honoris ipsi d. b.to. Secus si baptizare intendat in nomine B. Virginis, sicut in nomine Patris, & Fili, &c. Quia una sit natura Virginis, & Patris, &c. sicut una sit natura Patris & Fili. Talis enim non intendit facere quod Christus intendit, & Ecclesia facit. Ita feret S. Iohannes q. 60. a. 8.

Quinta hæc : Ego intendo te baptizare in nomine Patris, & Fili, &c. Non valet, quia tamē exprimit intentionem, non exprimit actum baptizandi, cuius expressio secundum decretalem Alexander III. & iecundum Florentinum in intruct. Armen. necessaria est.

Sexta hæc : illius Sacerdotis, qui vere intendens baptizare, loco Ego te baptizo, per indilberatum lingue errorem dixit : Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Valida fuit, nec repetenda. Quia mutatio unius litteræ in aliam per inadvertentiam facta, in mente audientium gignere non potuit tenuum substantialem diversum à sensu Christi & Ecclesie, magis quam in primo & secundo casu supra. Non magis item, quam in caso quo per vitium linguae Sacerdos, vel addit, vel omisit unam syllabam, v. g. dicendo : Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Non magis denique quam in cafo quo Sacerdos in Confessione per lingue crassitudinem dicit : Hoc est colpus meum. De syllabam unam omitentibus, leviter copiatus ei linguae virtut. notanda sunt verba Doctoris subtilis in 4. d. 3. q. 2. Si subtrahatur ( inquit ) aliqua syllaba per syncopem, non proper hoc deformatur forma. Non enim volunt Deus hominem omnino determinare ad verba in Sacramentis, ultra silium modum, quo verba sufficient ad exprimendum conceptum; sed cum syncopæ bene intelligit audiens conceptum loquens. Nec auderem dicere, quod non vitans eam, peccat mortaliter, id non vitat ea contemptu, sed ex quadam infirmitate, vel inconsideratione humana, qua non præcavet omnibus, quantum posset.

Septima hæc : Ego te christizo, vel christianizo, seu Christianum facio in nomine Patris, & Fili, &c. Non valet. Quia non exprimit actum abliendi.

#### C A P U T X.

Minister Baptismi,

D E eo can. constat de Consecr. dist. 4. si statuitur : Confitas Baptisma solis Sacerdotibus efficiendam, eisque ministeriorum nec ipsis Diocesis explore est licetum, atque Episcopo, vel Pres-

# De Sacramento Baptismi.

49

- hiero, nisi his procul absentibus, ultima langoris necessitas cogat. Quod est Laicus fidelibus plerumque permititur, ne quisquam sine remedio salutari de seculo evocetur.
- 96 Id tamen discriminis est inter Diaconum, & inferiores Clericos, Laicorum, quod ubi necessitas exigit. Et Presbyter est absens, potest Diaconus etiam iudeo suo baptizare. Ita Gloria in can. Diaconos dicit. 93. verbo necessitas.
- 97 Porcius etiam, sive vir, sive femina, in necessitate baptizare, sed cum aliquo discrimine. Quia, ut S. Thomas observat q. 67. a. 4. non debet mulier baptizare, si adit copia viri; nec Laicus presentem Clericu, nec Clericus presentem Sacerdotem. Qui tamen patet baptizare praesente Episcopo. Eo quod hoc pertinet ad officium Sacerdotis.
- 98 Si extra necessitatem alicuium Laicus baptizet, peccat quidem. Tamen Sacramentum Baptismi conservet. S. Thomas ibidem a. 3. ad 1.
- 99 Si petas, qualiter pater Laicus citra necessitatem baptizando? Respondet S. Carolus Borromeus act. p. 4. de Ministro Baptismi, graviter peccare. (Si a muliere, vel a Laico secus fit, graviter peccatum admittitur.) Parentes autem omnino caveant, ne liberos suis baptizent alio manefacta necessitate: cum scilicet aliо quo modo apostoli adjunt, & periculi urgeat necessitas. S. Carolus Borromeus ibidem. Alias parentes non possent ab invicem petere conjugale debitum. Ob cognationem spiritualium, que contrahit inter baptizantem (extra necessitatem) baptizatum, baptizantem patrem & matrem.
- 100 Potest tamen pater exgere debitum a conjugi, si filium suum solum baptizaret cogente necessitate, juxta can. ad limina 30. q. 1. ibi. *Dicamus omittendum esse, & inculpabile judicandum, quod necessitas intulit.* Nam hoc baptizandi opus Laicis fidelibus, iusta canonicae auctoritatem, si neesse fuerit facere, liberè conceditur. Unde si iudicabis genitor filium suum, corpore morientem apicuum, ne animam perpetuam morte perirentem dimitteret. Sacri unda Baptismatis lavit, ut eum de potestate auctoritatis mortis & tenebrarum eriperet, bene seipso laudatur. Idcirco sua uxori, fibi jam legitime sociata, impunit quamcumq; vixerit, judicamus manere coniugium.
- 101 Nec dubium, valere Baptismum a non baptizato, etiam Iudeo, vel Pagan, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti collatum, ut definiri can. a quodam de Confess. dicit. 4. *Sicut enim ex parte materie, quantum ad necessitatem Sacramenti, sufficiunt quacunque aqua (inquit S. Thomas q. 67. a. 5.) ita etiam sufficit ex parte Ministeris quicunque homo.* Et id est: non baptizatus, in articulo necessitatis, baptizare potest, ut si duo non baptizati se invicem baptizent.
- 102 Non potest tamen quis seipsum, etiam in necessitate, valide baptizare; nec validus fuit Baptismus quo Iudeus in mortis articulo electum baptizavit, dicens: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* De quo caput Innocentius III. consulto can. debitum de Bapt. respondit: *quid cum inter baptizantem & baptizatum debeat esse discretio, sicut ex verbo Domini colligunt, dicens Apollonis: Ite, baptizate omnes Gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Memoratus Iudeus est denudo ab alio baptizandus, ut offendatur, quod alius est qui baptizatur. & alius qui baptizat, sicut in generatione carnali alius est qui carnaliter gignit, alius qui carnaliter gignitur.* Ad quod designandum Christus non a seipso, sed a Joanne voluit baptizari.
- 103 Scindunt etiam 10. quod quando Baptismus solemniter & ordinante celebratur (necessitate aliud non polluantur) debet aliquis Sacramentum Baptismi suscipere a Presbytero curam animarum hab-
- bente, vel ab aliquo vice ejus. S. Thomas q. 67. a. 4. ad 2.
- 104 tametsi Marfilius, & Cajetanus valere 105 putent Baptismum, collatum a duobus Ministris simul concurrentibus, quorum unus aquam infundat, alter profera formam. Oppositum nihilominus dicendum cum S. Thoma q. 66. a. 6. ad 3. Quia (inquit) tunc forma non est vera, cum eam profergens non abluat, nec proinde vere dicat: *Ego te baptizo, &c.* Integritas formae Baptismi (ait S. Doctor) consistit in forma verborum, & in iusta materia. Et id est neque ille qui tantum verba profert, baptizat; neque ille qui immarginat. Et id est si unus verba profert, & alius immarginat nulla forma verborum poterit esse conveniens. Quia tamen nonnulli viris doctis hac sententia non videtur omnino certa, neque ex Scriptura, neque ex Traditione, neque ex ratione, nec opposita prorsus improbabili. Joannes Chapeauville in suo doctissimo tractatu de administr. Sacram. temporis q. 10 ait se non improbarere proximam sic baptizandi in extrema necessitate, dum aliqui pueri et moritur abhinc Baptismo, v. g. tempore pestis, si vallo h. bere nequeat accessum ad puerum, et quod ad eum infestae sint a Magistratu occulata, nec in domo sui nisi murus vel adeo ruidis, ut nec formam sciatur, nec brevi tempore edoceri queat. Quo casu poterit (inquit) per fenestram apertam profere sub conditione formam, illo qui intus est assidente aquam. Quod etiam probant Gobat n. 147. Farvacus c. 4. q. 7. noster Stephanus a S. Paulo disp. 2. n. 12. & alii apud Dianam p. 5. tr. 3. refol. 19. & 26. Quibus tamen non subscrifit Comitulus l. 1. respons. moral. q. 11. ubi id penitus relinere videtur.
- 105 valere Baptismum, quo duo simul eundem hominem abluant, & simul verba proferunt, sic uterque dicat: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, &c.* independenter alter ab altero. Sicut valida est consecratio ejusdem panis, quo Sacerdotes de novo ordinati simul cum Episcopo ordinante consecrant, si simul consecrationis verba proferant. Ita S. Thomas q. 67. a. 6. his verbis: *si omnino simul verba proferrent, & si hominem immergenter, aut aspergerent, essent puniendae inordinato modo baptizanda & non de iteratione Baptismi.* Quia uterque intendetur non baptizandum baptizare; & uterque, quantum est in se, baptizaret. Nec tradarent alium & alium Sacramentum; sed Christus, qui est unus, interior baptizans unum Sacramentum per utrumque conferret. Si autem quilibet illorum baptizare intenderet ut Minister partialis dependenter ab altero, tamquam concava partiali, tunc neuter baptizaret. Quia talis concavus videtur esse contra rationem ministerii hujus Sacramenti (ait S. Doctor ibidem) homo enim non baptizat nisi at Minister Christi, & viscere ejus gerent. Unde sicut unus est Christus; ita operes esse unum Ministerum, qui Christum representat. Proprie quod signanter Apostolus dicit Eplesi. 4. unus Dominus, una Fides, una Baptisma. Et ideo contraria intentio videtur excludere Baptismi Sacramentum.
- 106 non esse quod hoc simile de baptizante & 107 baptizato (addit S. Doctor ad 2.) sed posse subince plures homines simul ab uno Ministeri licite baptizari, tametsi plures Ministeri licite non possint simul eundem hominem baptizare: quia Christus, qui principia licet baptizat, est unus; sed multi per Baptismum efficiuntur unum in Christo. Unde in casu necessitatis, unus posset sive plures baptizare, dicendo: *Ego vos baptizo: pauca si immixteret raima, aut gladius, aut aliquid hispumadri, quod omnino mortale non patetur, ut signallat omnes baptizarentur.* N.c per hoc diversificari forma Ecclesie. Quia plurale non est nisi singularis.

G

geminatum, praesertim cum pluraliter dicatur Matib. ult. baptizantes eos, &c. Sanè si verum est, quod S. Franciscus Xaverius propriā manu baptizaverit duodecies centena milia hominum, ut ex compendiolo vite ipsius refert Gobat hic tr. 2. n. 44. non potuit tam multos brevi tempore baptizare, nisi plures simul aspergione baptizando. Sed & in Obsequiali Constantiensi fol. 38. (ut idem refert n. 148.) observatur, saepius in amplioribus Parochis contingere, ut plures simul baptizentur. Ut proinde in hac Diocesi non sit movendus scrupulus Parocho (pergit idem Author) cui faciente hyeme adferuntur è duobus locis aliquantum diffisi duo infantes referendi in alium fidelium, si utrumque simul referat, simul regenerando.

108 5°. peccatoe graviter oblitricem (quidquid dixerit Diana p. 3. tr. 4. resol. 4.) qua in casu necessitatis baptizavit infantem, cum adcant Religio in sacris constituti, tametsi non Sacerdores, qui hoc facere potuerint, & voluerint. Quia jus alienum usurpat in re gravi. Nec necessitas ipsam excusat. Quia necessitas nulla tuit ut ipsa baptizaret, dum non debeat ordinari, praesertim Diaconi, qui possit, & vult. Graviter vero peccat, qui circa necessem baptizat non ordinatus, ut colligitur ex gravitate poenae, utique irregularitatis, quam talis incurrit juxta cap. 1. de Cler. non ordinatus. Nulla enim necessitate cogente, si fiat, alieni numeris usurpat. It, inquit Augustinus l. 1. contra Parmenon. c. 13. ubi Sacramentum Ordinis vocat ius dandi Baptismum. Sicut & lib. 1. contra Donatist. c. 1. Ordinationem vocat Sacramentum dandi Baptismi, his verbis: *Sacramentum dandi Baptismi habet, qui ordinatur.* Graviter quoque peccat Diaconus, si praesente Prefbytero, & baptizare parato, baptizet; sicut & Subdiaconus, si praesente Diacono; excommunicatus, praesente non excommunicato; infidelis, praesente fidei. Dicastillo tr. 2. disp. 2. dub. 2. n. 2.

109 Dixi, dum non debeat ordinari, praesertim Diaconi. Quia juxta antiquum ordinum Romanum, & Pontificale, Episcopus ordiando Diaconum, inquit, oportet ministrare ad Altare, & baptizare. In quo tamen Diaconus à Sacerdote differt, quod Sacerdos fit Minister ordinarius, hujus Sacramenti, Diaconus non nisi delegatus, ita ut non possit aliis hanc facultatem delegare, sicut Sacerdos. Tametsi inter Diaconum, & alios Clericos inferiores differentiatione sit 1°. quod Diaconus ex Sacerdotis commissione solemniter, id est cum solitis ritibus ac ceremoniis baptizare possit. 2°. quod vi ordinantis sua idoneus sit, cui extra necessitatem Baptismi administratio committatur, qua aliis committi nequit. 3°. quod iure ordinantis sua in necessitate Clericis inferioribus sit preferendum. 4°. quod juxta Suarez hic disp. 23. scđt. 3. Glossam suprà n. 97. Franciscum de Genet tr. 2. c. 4. absente Presbytero, in necessitate possit solemniter baptizare, non sic Subdiaconus, &c.

110 6°. Parochum, nondum insignitum Ordine sacerdotali, sed diaconali dumtaxat, secundum Gobat n. 139. licet baptizare abique alia commissione, sicut absque alia commissione licet predicit. Quia hoc ipso quod Episcopus Diaconi confert Beneficium parochiale, videtur conferre quoque jus aggregandi aliquos in Collegium fideliū. Hoc enim ius pertinet ad Praedientes Collegi, ut Scutus arguit in 4. dist. 6. q. 2. Secūs, si Parochus foret solummodo Subdiaconus. Quia Baptismi ministerium Subdiaconus extra necessitatem committi nequit; secūs Diacono. Ita Gobat. Sed non ita ego. Non ita ceteri Doctores, baptizandi potestatem jure ordinario, solis Sacerdotibus tribuentes, juxta can. confit

suprà relatum. Neque Episcopus eo ipso baptizandi potestatem confert, seu committere censetur, quo parochiale confert Beneficium: solum enim conferre censetur jus ad parochialia munera, suppositis supponendis. Jus utique ad baptizandum, ad Eucharistiam distribuendam, ad Extremam U. & onem administrandam, ad excipientias Confessiones, &c. supposito sacerdotio. Caveat proinde Parochus Diaconus, ne irregulare fiat juxta c. 1. de Cler. non ordin. ministeri fine alia commissione extra necessitatem baptizat.

7°. Parochum, cui offertur baptizanda proles 111 ex illegitimo concubita nata, non posse (in iustitia Magistratus Ecclesiastici) negare Baptismum, nisi maior reuelet genitorem. Imo graviter peccare cogendo vel inducendo matrem ad ipsum manifestandum. Quia cogit vel inducit matrem ad grave peccatum, scilicet ad infamacionem stupratorum occulti.

Si tamen ad id coegerit jubente Episcopo, non 112 est argendum. Quia præsumere potest & debet, Episcopo non deesse justam causam ad id jubendum, v. g. ad providendum de alimentis prolis illegitimæ, &c. Quam ob causam ipse etiam secularis Magistratus nonnunquam cogit matrem ad iusmodi manifestationem, etiam sub iuramento. Quod tamen postremum non confulerit, nisi aliquance adhuc tempiena probatio, tum propter grande periculum perjurii. Tum quia sine in judicio seculari, sine ecclesiastico integrè statu non potest tali nominationi, etiam iurata, uti adversus nonnullos judices demonstrat Gobat in Theologia Juridico-Moralis cap. 32. n. 19. Videri potest idem Author Theol. Sacram. tr. 10. n. 186. ubi sic: *Quando mulier afferit se cognitam ab hoc, aut illo, idque firmas juramento; negat autem alter, idque sub jurejurando, nec proferant ulla alia probationes, nequamnam fundam est verbis mulieris. Sicut enim adulterium non probatur sola confessione mulieris tex. in cap. significati de adulterio communisque Doctrorum, tali Parisio confil. 137. n. 39. vol. 4. Ita negat formicatio simplex.* Quod pluribus confirmatur ibidem, & numeris sequentibus, offendens quod non creditor puerile, etiam alias honestæ & virginis, jurant se ab aliquo cognitam, atque ex eo impregnata esse, tametsi contrarium doceat Antonius Faber Cod. de probat. dist. 8. ipsoque teste contrarium quoque sit Iulius Curia Sabaudie. Nam Fabro discentiant Riccius in praxi p. 1. resol. 220. Alexander lib. 5. confil. 157. Boëcius decif. 299. & 319. nisi mulieri (at Riccius) aliquod indicium admincetur.

8°. grave peccatum committit à Parocho, qui 113 (contra necessitatem) omisit solemnitatibus baptizat infante domi, ut expectetur patrinus, & iunctus talus interim collocetur in ruto, nisi sint filii Regum vel Principum. Ita Navarros Manual. c. 22. n. 7. Quia prævaricator est factorum Canonum in re gravi. Siquidem in Concilio Melanchtoni anni 845. c. 48. sic habetur: *Nemo Presbiterorum baptizare præsumat, nisi in vicis & Ecclesiis baptis malibus, nisi causa agritudini, vel certa necessitatis, sicut sacra Canonum doceat authoritas.* Et in Concilio Viennensis sub Clemente V. Praefanti prohibemus editio, ne quis de cetero in aulis, vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hos fontes specialiter deputati, aliquos (nisi Regum, vel Principum...) liberi extiterint, aut talis necessitas emerget, propter quam nequeat ad Ecclesiam abique periculo propter hoc accessus habens) audeat baptizare. Qui autem secūs præsumperit, aut in una in hoc presentiam exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur, quod a' ii attentare similius non

## De Sacramento Baptismi.

51

**presumant.** Per filios Principum, Quintanaduenias singul. tr. i. singul. 2. intelligit omnes habentes jurisdictionem temporalem. Sed hoc est nimis laxum, & exorbitans à communī modo intelligendi nomen Principis. Neque enim simplicēm Toparcham pagi v. g. Principis nomine quāquam appellat.

114 9. quia obstetricibus sèpè incurrit Baptismi administrandi necessitas, tenentur callere formam Baptismi, ad infantes à diaboli captivitate per Baptismum liberandos, & aeternā salutē donandos: ne infelices animæ infantilorum, pretiosissimo Christi Sanguine redemptæ, proper obstatricis ignorantiam, aeternū perirent. Si enim *unicuique mandavist Deus de proximo suo*, opera videbilec dilectionis & beneficie tam spiritualis, quam corporalis; haud dubi mandavit Deus obstatricibus, eam infantilium exhibere beneficiam, quā ab aeterna damnatione liberantur. Mandavit proinde ut sibi necessariam ad hoc scientiam & idoneitatem comparare non negligant.

115 1. dam infans propter necessitatē domi baptizatur, omittendis esse ceremonias baptismales, ad Baptismi substantiam non pertinentes, si is adhibitis periculū aliquid foret, ne infans moretur absque Baptismo. Si vero adhiberet quācum absque periculū, & Baptismi Minister sit Sacerdos, sive proprius, sive alienus, vel etiam Diaconus, cui his & nunc jure conceditur baptizare, potest & debet cum solitis ceremoniis baptizare. Toleatus in Sum. l. 2. c. 23. n. 1. Sotus in 4. d. 6. q. 4. a. 3. Pax Jordanus elucubrat. to. 1. l. 3. tit. 1. n. 16. Castro-Palao tr. 19. p. 8. n. 4. Cotonius c. 4. n. 17. Gobat Theol. Sacram. tr. 2. n. 473. & 476. Quia dum periculum in mora aliud non exigit, nullus baptizare debet absque solemnitatibus, si cas adhibere possit (cum antiquissimum cas adhibendi præceptum generale sit, nec excipiat Baptismum extra Ecclesiam in necessitate collatum;) sed eas adhibere potest quilibet Sacerdos, qui baptizare potest, imo & Diaconus, absente Sacerdote, dum ipsi jure conceditur baptizare, juxta Gloffam & Doctores n. 119. relatios. Cui enim datur facultas baptizandi, datur & facultas id faciendo cum solitis ritibus, si sit in ordine ad hoc convenienti. Siquidem accessorium sequitur principale, cap. accessorium de reg. jur. in 6.

### C A P U T X I .

#### Subjectum Baptismi.

116 **D**E subiecto Baptismi decem queruntur. 1. quidnam sit subiectum capax Baptismi. 2. an Baptismus infantium validus sit absque consentiu parentum. 3. an infantes infidelium licite baptizari quācum invitū parentium. 4. an monstrum, natum ex feminā & bruto, capax sit Baptismi. 5. quomodo baptizari debeat monstrum natum ex viro & feminā. 6. quid de monstrō constante duplice capite, sed uno dumtaxat pectorē. 7. quid de monstrō habente caput equinū, vel bovinū, sed pectus & cetera membra humana. 8. quid de monstrō nullam præferente speciem humanam, vel præferente majori ex parte bestialē. 9. quid de massa carneus nullam habente organorum dispositionem. 10. an amentes & furioli sint baptizandi.

#### §. I.

#### Subjectum Baptismi est omnis homo viator non baptizatus.

117 **A**D primam questionem, respondeo omnem & solum hominem viatorem nondum baptizatum. Tom. III.

tizatum esse subiectum capax Baptismi. Est omnium Catholicorum contra Anabaptistas aientes, parvulos, five infantes, non esse capaces Baptismi. Probatur 1. ex Scriptura, in qua Christus omnes homines ad se vocat, dicens: *Venite ad me omnes, &c. etiam parvulos, iuxta illud: Sinite parvulos venire ad me.* Baptismus vero est janua, per quam imus ad Christum, recipimusque in ovile ipsius.

2. Baptismus est necessarius omnibus, etiam parvulis, iuxta illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Ergo Christus Baptismum instituit pro omnibus, etiam parvulis. Alioqui parvulos in nova lege reliquissit sine medio ad salutem necclesiarū. Cum tamen pro omnibus mortuus sit, & velit orares homines salvos fieri. Ex qua voluntate sicur in veteri lege pro omnibus, etiam parvulis, instituit medium ad salutem neccesariorum, Circumcisio nem utique; si in nova lege Baptismum instituit pro omnibus, etiam parvulis. Si quidem Baptismus (ut dicitur cap. majores extra de Baptismo) succedit loco Circumcisio; generaliter tamen existit, cum tam viri, quam feminæ, baptizantur.

3. & præcipue probatur ex perpetua Ecclesiæ traditione, quam ab Apostolis emanata testatur Dionylius Eccles. Hierarch. p. 3. c. 7. Origenes in c. 6. epist. ad Rom. Cyprianus epist. 59. Augustinus l. 10. de Genesi ad litteram, & l. 4. contra Donat. c. 24. Unde Concilium Milcitanum can. 2. & Tridentinum fest. 7. de Bapt. can. 12. 13. & 14. merito anathema dicunt is, qui negant, infantes recens natos ex utero matris baptizari posse; *Sed quis dixerit parvulos, ei quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo, inter fidèles computandas non esse; ac propterea, dum ad annos difterentis pervenerint, esse rebaptizandos, aut praefare omnes eorum Baptisma, quācum eos non actu credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ, anathema sit,* can. 13. citato.

#### §. II.

**A**D secundam questionem, respondeo affirmativè: constat ex usu Ecclesiæ, non rebaptizantis infantes, invitū parentibus baptizatos. Constat item ex Toletano IV. can. 56. ubi id est definitum.

#### §. III.

**A**D tertiam, respondeo 1. non esse dubium 121 parvulos infidelium, ratione vientes, invitū parentibus licite baptizari, si Baptismum petant. Sum enim sui iuris in rebus ad salutem animæ pertinentibus. 2. non est etiam dubium, infantes infidelium, qui Principibus Christianis, tamquam mancipia subfunt, invitū parentibus baptizari posse: cum à parentibus circa injuriam avelli possint.

3. licitus est Baptismus infantis parentum 122 infidelium, Principibus Christianis solidū civiliter & politice subiectorum, si alteruter parentum consentiat. Ita enim Toletanum IV. can. 62. statuit: *Filiī, qui ex talibus (Judeis, qui Christianas mulieres in conjugio habent) nati existunt, fidem, & conditionem matris sequantur. Similiter & hi, qui procreatis sunt ex matribus infidelibus, & fidelibus viris, Christianam Religioneum sequantur.*

4. infantes infidelium baptizatorum, invitū 123 parentibus licite baptizantur. Quia Ecclesia compellere potest ejusmodi parentes, upore sibi subiectos, ad offerendum filios suos ad Baptismum, ipsique subfratre infantes suos, si renuant.

5. infantes infidelium non baptizatorum, 124 licite baptizantur in periculo mortis. Quia tunc

G 2

cessat periculum profanationis Baptismi, ad quod vitandum oporteret infantem a parentibus avelere. Et, ut periculum illud omnino non cessaret (quia sicut mori potest, ita & convalefcere) Baptismus infants potius exponentus est periculo incerto profanationis, quam infans relinquentis in certo periculo damnacionis. Cum Sacramenta pro hominibus instituta sint, non contra. Unde S. Ludgerus, primus Episcopus Monasteriensis (ut refertur cap. 20. vite ipsius) curavit baptizari moriturum infantulum infideli, tametsi invitatum.

125. 60. quoad infantes infidelium non baptizatorum, nulli Principi Christiano subiectorum, vel certe nonnisi civiliter subiectorum, duplex est sententia. Prima Scotti in 4. dist. 4. q. 9. Gabrielis & Eckii (apud Tannerum hic disp. 4. n. 81.) Estii in 4. dist. 6. §. 1. Farvac hie c. 6. q. 3. §. 2. Florentii de Coq de Bapt. cap. 2. sect. 3. concil. 2. ipsis parentibus invitis licet baptizari. Secunda S. Thomas q. 68. a. 10. id illicitum esse. Quia secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quandomlibet sibi ipsi providere non possunt.... Et idem contra justitiam naturalem est. Si tales pueri invitis parentibus baptizarentur, sicut etiam si aliquis, habens sumpnum rationis, baptizaretur invitus. Effet etiam periculum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redrent, propter naturalem affectionem ad parentes. Et idem non babet hoc Ecclesie consuetudo, quod filii infidelium invitis parentibus baptizentur. Haec enim S. Doctor, quem major pars Theologorum sequitur.

126. Et revera magnum angelica doctrina pondus accedit ex consuetudine Ecclesie: quoniam enim fuerint, retroactis saeculis, multi Catholici Principes potentissimi, Constantinus Magnus, Theodosius, &c. sanctissimi Episcopi, qui ipsis familiares fuerunt, ut Sylvester Constantino, Ambrosius Theodosio, &c. hoc ab ipsis impetrare non pratermississent, si ratione consonum extimassent. Consuetudo vero Ecclesie semper est in omnibus amulanda (air. S. Doctor ibidem) quia & ipsa doctrina Catholicorum Doctorum ab Ecclesia autoritatem habet. Unde standum est magis autoritatis Ecclesie, quam authoritatis Augustini, vel Hieronymi, vel cuiquam Doctoris.

127. Bene, optime. Sed itam semper fuisse Ecclesie consuetudinem negant contrarii Authores. Et quidquid sit de Constantino, & Theodosio (quorum non omnia acta constat esse conscripta) Caroli Magni exemplum allegant in contrarium, sicut & plurium Catholicorum Regum nostrorum, quorum in eo pietas laudata ruit a pluribus Concilii Tolentani.

128. Ecclesie quidem per seipsum, seu praedicatorum evangelicos, a se missos, invitos adultos nunquam verberibus coegeri ad fidem, nec in infideles non baptizatos, sibi temporaliter non subiectos, coarctavim exercitum potestatem; ut nec Apostoli, quos inter Paulus: *Quid enim misi? (inquit) de his quis foris sunt iudicare?* Et hoc est quod Gregorius Magnus docet l. 1. epist. 45. & l. 2. epist. 52. ait: *Nova ergo inaudita est ista predicatione, que verberibus exigit fidem.* Ut enim air. l. 11. epist. 15. Qui sinceritate intentione extraneo ad fidem cupiunt recte perducere, blandimenti debent, non aspersis tibicis fluidere, ne quorum mentem reddita ratio deplano poterat revocare, sullas procul adversitas. Nam quicumque alter agunt, & infideles sub hoc velamine a consueta ritu sui voluerint cultura removere, suas illuc causas, magis quam Dei probant attendere. Et revera in hoc elucet Christianae Religionis veritas & sanctitudo, quod fidem miraculis & Prophetarum oraculis, morumque probitate perfundat, non vi & armis extorquet,

sicut Mahometana supersticio. Sicque expedit, ut sit integræ forma iustitiae (verbis utor Concilii Tolentani l. V. cap. 56.) sicut enim bono propriæ arbitris voluntate serpenti obediens perit; sic voante eum gratia Dei, propriâ mentis conversione quisque credendo salvatur. Et his conformis sunt quas Alexander III. tradit cap. consolatus, & Clemens III cap. sicut extra. de Iudeis.

Sed ex his non conficitur, Catholicis Principibus generaliter esse illicitum quoniam ex fibi subditis compellere ad Fidem, vel Baptismum. Cum Augustinus l. 2. coactio secundum Gaudentii epistolam c. 17. dicat: *Quod autem vobis videatur, invitato ad veritatem non esse cogendos, erratis, negligentes Scripturas, neque virtutem Dei, qui eos volentes facit, dum coguntur inviti.* In epistola vero ad Vincentium Rogatianum explicat ad quid serviat ista concio: *Nos (inquit) quo quisque bonus possit esse invitatus; sed timendo quod non vult pari, vel relinquat impedientes animositatem, vel ignoratam compellit cognoscere veritatem.* Similiter Gregorius Magnus lib. 3. epist. 26. ad Januarium Episcopum Calaguritanum de rusticis pagano scribit, quod si rusticus tanke fuerit perfida & obstinationis inventus, ut ad Dominum Deum venire minime consentiat, tanto personus onere gravandus est, ut spiss exactionis sue pena compellatur ad restituendum festinare. Verum est ergo, quod fides est debet voluntaria, & quod propriâ mentis conversione quisque credendo salvetur, ut at Concilium Tolentanum l. V. sed coactio fit, ut timendo quod non vult pari, animositas & pervicacia paulatim deponatur, quâ qui impeditur ignoratam cognoscere veritatem, quâ cognitam voluntarie tandem ad fidem & restituendum festinat.

Ideo ergo primi Imperatores Christiani leges coactivas laudabiles tulerci adverbus sacrificia Paganorum: *Quis enim nos trahit (air. August. epist. 92. noviss. edit. Parisi) quis vestrum non laetatur legem ab Imperatoribus datam adversus sacrificia Paganorum?* ab Imperatoribus utique, qui vel Augustini tempore, vel ante Augustinum regnarunt (qui fuerunt ex primis Imperatoribus Christianis). Et certe hinc ibi pena severior constituta est: illius quippe impunitatis capitale supplicium est. De voce autem, &c.

Ecce supplicium capitale (Augustino teste) primi Imperatores Christiani intulcent Paganis sacrificiantibus idoneis suis. In eo laudanti fuerunt. Enimvero si Principes Christiani a Deo accepserunt auctoritatem revera puniendo adulteria, quidam & sacrilegia subditorum? *Quis mente soberns* (air. rurum Augustini epist. 185. Edit. noviss. cap. 9.) *Regibus dicat, nolite carere in regno vestro, a quo senecet vel oppugnet Ecclesia Domini vestri?* non ad vos pertinet in regno vestro, quis velit esse fratre religiosis, sive sacris leges, qui tamen dico non posse, non ad vos pertinet in regno vestro, quis velis pudicum esse, quis impudicus? *Caram, cum datum sit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria puniantur.* *Sacrilegia non puniantur?* *Ai facias non servare lexis est animam Deo, quam feminam viro...* Melius est quidem (quis dubitaverit?) ad Deum calendum dictum bonis nes duci, quam per timore vel dolore compelli. Sed non quia sibi meliores sunt. idem illi, qui tales non sunt, negligendi sunt. *Malitiae enim proficiunt (quod experimentis probavimus & probamus) prius timore vel dolore cogi, ut posset doceri, aus quod jam verbi dicierant, opere sectari.*

Quod autem dicunt (præmisserat Augustinus) qui contra suas impunitates leges justas institui non sunt, non petisse à Regibus terra Apostolos talia: non considerant aliam fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim in Christianum ceder-

derat Imperator, qui pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud propositum complebatur: „Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt mania? adfiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum eum. Non dum autem agebatur, quod paulo post in eodem Pjallo dicitur: „Et nunc Reges intelligite, erudi- mini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate ei in tremore. „Quomodo ergo

Reges Domini servirunt in timore, nisi ea que contraria iusta Domini sunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aister enim servit, quia homo est; aister, quia Rex est, ei servis vivendo fideliter. Quia vero etiam Rex est, servit leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes convenienter vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, Iosuas & templo idolorum, & illa excelsa, que contra præcepta Dei fuerant constructa destruendo. Sicut servivit Iudas, talis & ipse faciendo. Sicut servivit Rex Nimiritarum, universam civitatem ad placandam Dominum compellendo. Sicut servivit Darius, idolum frangendum in potestatum Danieli dando, & inimicos ipsius leonibus ingredendo. Sicut servivit Nabuchodonosor... omnes in regno suo positos a blasphemando Deo lege terribili prohibendo.

133 Et epist. 93. ejusd. Edit. Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas Luc. 14. Parvifamilias dixisse servis: „Quocumque inveneritis, cogite intrare. „Cum legas etiam ipsum primo Saulum, posites Panium, ad cognoscendam, & tenendam veritatem, magnâ violentiâ Christi agentis esse compusum.

134 Et infra: Mea primi tñ sententia non erat, nisi neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum: ne filios Catholicos haberemus, quos apertos hereticos noveramus. Sed hec opinio mea, demonstrans superabatur exemplis. Nam primo misi opponebatur civitas mea, quae cum tosa esset in parte Dacie, ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium convergta est. Ita aliae mala... ut rebus ipsis agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est: Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Prov. 9. His omnibus legum Imperialium terror... ita proficit, ut nunc alii dicant... hoc verum esse jactescimus; sed nescio quâ consuetudine tenbamur. Gratias Domino, qui vincula nostra disrupt... Ne sciebamus hic esse veritatem, nec eam dicere volebamus. Sed nos ad eam cognoscendam metus feci intentos... gratias Domino, qui neglegit... tñrum nostrum stimulo terroris exsuffit.

135 Nec respectu hereticorum dimitata Augustinus, sed & respectu paganorum, de quibus infra subdit: Pagani... nos blasphemare possunt de legibus, quas contra idolorum cultores Christiani Imperatores tulerunt: & tamen ex eis multi correci, & ad Deum vivum, verumque conversi sunt, & quotidie convertuntur.

136 Denique l. 3. contra Cresconium c. 15. In hoc Reges, sicut eis divinitatis præcipiunt, Deo serviant, in quantum Reges sunt, si in suo regno bone iubent, mala prohibeant, non solum in his quae pertinent ad humanam societatem, verum etiam quae pertinent ad divinam Religionem. Nec vult in his quae Religionis sunt, quemquam suo arbitrio relinquendum, magis quam in his quae sunt iustitia & castitatis: Frustra dicit: relinquar libero arbitrio. Cur enim non in homicidii, & in stupri, & in quibuscumque aliis facinoribus, libero arbitrio dimittendum esse proclaims?

137 Ideo ergo Catholicus Carolus Magnus, & Lydericus Flandriæ Comes, perpicaces infideles, quod nolent Christianam fuscipere Religionem

nem, Flandriæ expulerunt, parvulis ipsorum retentis, atque à parentibus infidelibus separatis, ad finem utique ipsos baptizandi, & in fide Christiana instruendi: Scriptum reperio (inquit Meyerus lib. 2. ad annum 804) quoddam genit hominum ab Carolo Rege, atque Lyderico Flandriæ pulsum, quod nolent in nostram credere Religionem: retentis tamen eorum parvulis liberis, qui instrui possent, ac imbuvi Christianam pietatem. Hoc Hannos & Vandals suisse existimo.

Quantum ad Catholicos Reges nostros, lege 3. 138 Wifigotorum lib. 12. tit. 3. sic statuerunt: Sigis Judeorum, de his scilicet qui nondam sunt baptizati, aut se baptizari distulerint, aut filios suos, vel famulos nullo modo ad Sacerdotem baptizandos remiserit, aut se, suoque de Baptismo subtraxerit, & vel unius anni spatium, post hanc legem editam, qui spissum illorum sine Baptismo gratia transferret, dorum omnium transfigor, qui quis ille repertus fuerit, & centum flagella decalvatus accipiat, & debita multetur exilio pena.

Sed & Chintillanus Rex à Patribus Concilii 139 Toletani VI. plurimum commendatur, quod Iudeum non finit degere in regno suo, qui non sit Catholicus. Unde can. 3. Concilium sic ait: Infelixquis Iudeorum perfidia deflexa tandem videtur pietate, & potentia superna. Hinc enim liquet, quod inspiramine summae Dei Excellentissimi, & Christianissimi Princeps, ardore fidei inflammatus, cum regni sui Sacerdotibus, prævaricationes, & superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec finit degere in regno suo eum, qui non sit Catholicus.

Concilium quoque Toletanum XII. can. 9. 140 probat leges Wifigotorum ab Ervigio editas. Quorum una haec est: Ne Iudei, aut se, aut filios suos, vel famulos a Baptismo subtrahant. Similia habentur in Concilio Toletano XVI. can. 1.

Denique in Concilio Tolerano XVII. can. 8. 141 ex iustione piissimi & religiosissimi Princeps Egani, Iudei in obtinitione perfidentes, rebus omnibus ipso lati, perpetue iubiciuntur serviti. De filiis vero ipsorum sic statuitur: Sed & filios eorum urbisque sexi discernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habentes, ipsi eoram Domini, qui eos accepterint, per fideliissimos Christianos eoi nutriendos contradant, eti scilicet ratione, ut & masculos Christianos feminis in conjugio copulent, & feminas Christianas similiter viris maritali societate adjungant.

Nec contrarius est canon 57. Concilii Toletani IV. dicens: De Iudeis hoc præcepit S. Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, & quem vult inducat. Non enim tales invitati salvandi sunt, sed volentes. Neque enim canone isto improbat lex 3. Wifigotorum (de qua supra) tempore Siebuti lata (qui eodem canone Princeps religiosissimus appellatur) sed, cum iura juribus concordanda sint, a que ad eum canon iste cum canonibus plurius aliorum Conciliorum Toletanorum, supra pariter laudatorum, canon ille 57. foliū vult, neminem ad Baptismum & Christianismum admittendum, nisi de invito factus sit volens; ad quod leges Imperiales & Regias supradictas plurius conducere num. 129. 130. & seqq. & ibidem Augustinum docent audivimus: neque amplius probat ratio eodem canonе allegata.

Ergo (inquit) Sacerdos, vel Ecclesia, potest infantes infidelium à parentibus abstrahere, abstrahere & castigare, parentibus invitatis baptizare? Respondet 1°. nec Sacerdotem, nec Ecclesiam iūa auctoritate id posse. Quia, infantes abstrahendo à parentibus, in quos nullam habet potestatem, contra naturæ jus peccaret, patræque potestari

iporum injuriam faceret. Jure enim naturæ infans patriæ subest potestate & curia. Id tamen Sacerdos & Ecclesia potest autoritate Principis, cui parentes infantis subiecti sunt. Neque enim Christiani Principis potestas est restringata ad ea sola quæ persinunt ad humanam societatem, verum etiam, indirecte saltem, extenditur ad ea quæ ad divinam religionem, prout in tr. de legib. ostendit. & Augustinus supradict. 136. tradit. Ideoque supplerere potest defectum parentum, si filios suos baptizari nolint, in Christianaque Religione educari; præfertim cum non genitores soli, sed Christus, uterque parentes, Prelatis, Rexque patres sint, secularesque Principes (secundum aliam Augustini doctrinam, exemplumque Caroli Magni, & leges Wisigotorum à Concilio Toletano XII. XVI. & XVII. confirmatas) à Deo habent autoritatem infantes infidelium subtrahendi ab educatione parentum, ne ab iis inducantur in peccata blasphemiae, idolatriæ, afflatae juri naturali adversa criminis. Utpote quæ dicit Principes possunt, & debent impeditre, ut fecit Nabuchodonosor Dan. 3. v. 96. ex quo loco Augustinus epist. 93. citatā probat justitiam legum Imperialium *adversus sacrificia Pagorum*. Denique si Respublica non peccat contra ius Tutoris infidelis, infantes tutela ipsius commissos, ipsi ad dictum finem subtrahendo; nece peccat contra ius parentis. Cùm recta filiorum educatione sit de bono Reipublica, cuius procuratio spectat ad Reipublica Rectores. Nec ipse filius peccat contra ius patriæ potestatis, à patre se subtrahendo, dum ipsi cohabitare nequit sine injurya Creatoris (magis quam uxor peccat contra ius vinculi maritalis, in simili casu subtrahendo se à marito) ergo nec Principes pro filio faciendo, quod filius, nondum ratione utens, per se facere nequit.

<sup>144</sup> Refundo 2<sup>o</sup>. cum Farvacio h̄c q. 3. §. 2. & Bone-speci disp. 4. dub. 2. refol. 3. probabile esse, quod Sacerdoti licet dictos infantes, à parentibus non abstractos, ipsis in seculi tam caute baptizare, ut id rescrire non possint. Tum quia tunc non est tantum periculum profanationis formalis Baptismi, quidquid sit de materiali. Tum quia siquod tunc sit periculum subversionis, utcumque compensatur probabili spe mortis ante subversionem. Teste namque Ruiz apud Iquierdum 1. p. disp. 44. n. 48. per computum factum ex libris defunctorum Hispali, populosā Hispania civitate, deprehensum est, numerum parvolorum, accepto Baptismo morientium ante rationis usum, esse ferè æqualem numero adulorum, post usum rationis morientium Londini etiam per schedas, quas vocant mortalitatem, compertum est, ex centum infantibus, post sex annos solū superfluitas esse sexaginta quatuor, & post sexdecim annos solū quadraginta.

<sup>145</sup> Simili prouide spe ductus S. Franciscus Xaverius censuisse videtur, Indorum infantes, parentibus in seculi baptizari posse. Cùm enim Franciscus Henricus conquereretur tam paucos Indos ad fidem converti, in epistola ad ipsum sic ipse rescripsit: *Noli mirari frater, quod minus in eorum neophytorum cultura proficiat; quippe cum eis gens ipsa, us toribus, idolorum cultui dedisa sit, & Rex à Christi Religione alienus, acerbè infestatur Christianos. Plus itaque proficit, quam tu putas, infantes diligenter conquistatos, per Baptismum calo pariendo. Neque enim Xaverius loqui videtur de infanticibus baptizaris de consensu parentum, sed ipsi in seculi. Tum quia ibidem fateatur paucos Indos in calum pervenientes, nisi eos, qui 14. annis minores cum bapti mali innocentia excedunt ē vita. Raros prouide esse parentes infantium suorum Baptismo consentientes, cum paucos agnoscat in idolatria sua non perseve-*

rantes. Tum quia alioqui non est cur de tam modico profectu Franciscus Henricus rationabiliter adeò conquesitas fuisset. Si enim rari non fuissent parents, in Baptismum suorum infantium contentientes, nec opus fuisset tantâ querimoniam, nec opus fuisset infantes baptizandos tam exquisitâ diligentia conquerere, cum facile fuisset invenire. Accedit quod infantes taliter baptizati, ad fidem christianam postea compelli possunt, si fuerit occasio compellendi, ut exprestetur habetur in Toletano IV. can. 57. Vide Navarrete l. 3. consil. de Bapt. consil. 5.

## §. I V.

*Monstrum natum ex femina & bruto non est baptizandum.*

<sup>146</sup> Ad quartam questionem, respondeo tale A monstrum baptizari non posse. Quia non est homo, sed satyrus; nec descendit ex Adam, ut ipso non conceperis ex virili femine. Ex quo solo (non ex bruti inactuli femine) fetus est homo. Videri potest Bonacina hic disp. 2. q. 2. puncto 6. n. 3.

Si autem questione si de monstro nato ex viro & femella bestia. Respondeo & illud rarissimum, si unquam, ecce baptizandum. Quia rarissimum, si unquam, accidit, ex congregatu viri cum bestia nasci hominem. Ut enim Gobat ait tr. 2. de Bapt. n. 278. multò rarissime fit, ut ejusmodi pecudes concipiunt ex virili femine: cùm enim corporum fit, esse à non omnino paucissimis patrastri hoc crimen, est tamen vel omnino, vel ferè inauditorum, quod sit inde progenitus homo. Si tamen ex tali congregatu fetus editus speciem humana haberet, saltem sub conditione baptizandus esset. Sub conditione (inguinum) ob dubium an fetus ex femina bestia sit animatus anima rationali. Neque enim dubium pro�us evanescat species humana. Sicut dubium pro�us evanescat species belluina feris ex viro & femina natu. Cùm dubium super sit fundatum in eo quod plures censeant ex viro & femina non nasci bestiam. Unde Gobat n. 280. docet, tale monstrum non esse certò bestiam, nec certò hominem; idemque sine conditione non baptizandum. Generatum namque Baptismus non est negligendus, sed sub dubio conferendum, quando dubium minimum (rationabile tamen) occurrit, utram fetus monstrus animatus sit anima humana, nec ne: *Ne dum speciem quandam cautionem teneamus, in damnum regenerandarum incardamus animalium*, inquit S. Leo epist. 37. Melius est enim sub conditione baptizate incapaces Baptismi (inde decem incapaces) quam unum capacem neglegi. Neeben quidem tr. 2. de Bapt. dub. 9. negat ultra tenuis baptizandum monstrum, natum ex viro & femina, quod nullam pra se fert speciem hominis, sed bestie, v. g. simia, canis, felis, &c. Sed si casum hunc dubitabile non censeret S. Carolus Borromaeus, in eo (pro consilio) recurrendum non habaret ad Episcopum, ut infra n. 152. Neque dubium ex omni parte tollit Rituale Rom. tit. de Bapt. parvul. dicens: *Monstrum, quod humanam speciem non præsert, baptizari non debet. Fortasse enim hoc intelligit de Baptismo absolute collato, vel de monstru nato ex masculo, vel femina bestia. Ubi tamen non est rationabile dubium, grave peccatum est Baptismum etiam sub conditione conferre, ut docet Catechismus Romanus.*

## §. V.

*Monstrum natum ex viro & femina, ferinum habens*

## De Sacramento Baptismi.

55

*bens caput, sed cetera membra humana, baptizandum est, non absoluere, sed conditionare.*

148 **A**bsolutè baptizandum censem Comitulus l. 1. respons. moral. q. 8. Quia vir ex muliere non generat bestiam, & reliqua corporis constitutio fatus indicat, monstrum illud esse hominem. Anima quippe principium est in corde, quod inter partes hominis principatum tenet, utpote principium vita, sensus & mortuus, juxta Aristotelem communiter receptum lib. 2. c. 3. & 4. de partibus animalium. Consentit Bonacina loco citato absolutè pronuntiantis, quod ex virili semine nascitur, habendum pro homine.

Ceuleo nihilominus solum baptizandum sub conditione. Cum sine conditione baptizandus non sit fetus, in dubio, an si homo. Hic autem veratur in dubio. Hoc ipso namque quoddam ceterum humano capite, ceteri cerebro, in quo juxta Cartesium, & Medicos, sedes est anima, sensuumque principium. Quia juxta Cartesianos anima non censetur nisi in cerebro. Igitur eo ipso incertum est, utrum eufratio de monstru animatum sit anima rationali, quo humano non habet caput, nec cerebrum. Igitur Baptismus ipsi conferendus non est absolute, sed conditionate, ut bene Farvacius hic q. 5. casu 1.

150 Sed quid si monstrum istud more extraordinariore repugnet Baptismo. Respondeo dicipendum, utrum ea repugnantia ab eo liberè procedat, an non? Si enim liberè, baptizari non debet, usquecum vult. Si non liberè, videndum, an ea repugnantia non procedat à malo genio, cuius maiestas impedit non debet. Ministrum, ne infantis afferat medium ad salutem necessarium. St. gelius de monstris c. 11. cùm rectulisset caium similiis monstris infantis Setini anno 1554. nati, censuit extraordinarios moros, gestus, & clamores ipsius, contra Ministrum baptizare volentem, proficiunt à malo genio, ad perdendum infans. Sed quia Ministrer erat hereticus, errorem subitanum fortè commisflus, provenire potuit à bono genio, ad avertendum malum intantis.

### § VI.

**M**onstrum humanum, habens duo capita, duoque pectora, licet cetera membra simplicia, absoluere baptizandum est duplice Baptismo. Si autem dico quidem capita, sed unicum habeat pectus, in uno capite semel baptizandum est absoluere; in altero rursum sub conditione: si non es baptizatus, &c.

151 **R**atio prioris partis est, quia ubi partes principales hominis sunt ita distinctæ & separatae, signum est in tali monstru duas esse animas, duoque prouide homines. Igitur singuli in capite sunt baptizandi. Quod si periculum foret in mora, uterque simul ab aliis posset, dicendo: Ego vos baptizo, &c.

152 **R**atio posterioris partis est, quia quādiū ex circumstantiis non apparent majora indicia unitatis, quām pluralitas, vel contraria (v. g. ex eo quod unum caput exprimat affectum contrarium affectui alterius, ex quo iuficiens appetit duplex cor, quod principatum tenet inter partes hominis, sicut contra Medicos Aristotelici docent) dubium est, an monstrum conseruātur, an duplice anima rationali. Tametsi ergo duplex Baptismus ipsi conferendus sit, non tamen duplex absolute, sed unusabsolute, alter (ob dubium) sub conditione, si periculum sit in mora. Quo celsante, differendus est Baptismus, donec crecente aetate, majora apparent indicia, nūn unus, an duplex sit homo. Toletus in Summa l. 2. c. 21. Layman l. 5. tr. 2. c. 6. in fine.

Videntur est circa supradicta S. Carolus Borromeus act. p. 4. quæ Parochus in Baptismi ministratore animadverat, ubi de mortali Baptismo

sic: *Siquidam monstrum humanum Baptismo offeratur, videndum est, antequam baptizetur, an una persona sit, an verè duas; tum majusne sit, an femina. Si . . . dubium est, an sint duas, utpote quia duas capita non habet, nec pectora bene distincta; unus intentione certa, neque vagâ simpliciter baptizetur; alter vero sub conditione: si non es baptizatus, &c. Si vero duo capita, pectora duo, aut corpora etiam distincta in monstru apparent, homines duoi esse peripicuum est, singuli simpliciter baptizentur. Quod si morti: periculum in mora erit, numero plurali baptizantur: Ego vos baptizo, in nomine Patris, &c. Si autem una persona est, utpote unum caput tantum habens, tamquam unus baptizatur, etiamque alia membra plura geminatae habeantur. At verè monstrum quod hominis speciem non praesert, non baptizetur, nisi primum Archiepiscopos consulatur. De cuius etiam confitio agetur quod supra de monstru humano dictum est, si tempus dabitur.*

### § VII.

**M**assa carnea, nullam habens organorum dispositiōnem, baptizari non debet.

**P**rius enim corpus organizatur, quam anima <sup>154</sup> rationalis infundit. Unde Augustinus q. 80. in Exod. ait, quod lex ibi lata noluit non formatum puerperium ad homicidium pertinere.

Nec dicas (cum nonnullis Medicis) animam <sup>155</sup> rationalem infundi diu antequam focus respiret, vel sentiat, aut corpus formatum sit. Quia hoc in re praeferendum judicium Ecclesiæ, que in Rituale Rom. Pauli V. prohibet, ne ieiuns baptizetur, ante signa mortis vitalis. Præferendum quoque judicium omnium penè Philosophorum & peritorum Medicorum in contrarium.

### § VIII.

**D**e Baptismo amentium & furiosorum à nativitate, philosophandum uti de Baptismo infanticum, si nulla unquam lucida habeant intervalla. Si aliquando sane habuerint mentem, judicandi sunt secundum voluntatem quam habuerunt, dum sane mentis existent.

**I**ta S. Thomas q. 68. a. 12, ubi sic: Circa 156 amentes & furiosi est distinguendum. Quidam enim sunt a nativitate tales, nulla habentes dilatata intervalla, in quibus etiam natus usus rationis appetit. Et de talibus, quantum ad Baptismi suceptionem, videtur esse idem judicium ac de pueris, qui baptizantur in fide Ecclesie, ut supra dictum est. Alii verè sunt amentes, qui ex sane mente quam habuerunt prius, in amentiano incidentur. Et tales sunt judicandi secundum voluntatem quam habuerunt, dum sane mentis existent. Et ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipendi Baptismum, debet eis adhiberi in furore & amentia constitutis, etiamque actu contradicunt. Alioqui si nulla voluntas suscipendi Baptismum in eis apparuit, dum sane mentis essent, non sunt baptizandi. Quidam verè sunt, qui ex nativitate fuerint furiosi, vel amentes, habent tamen aliqua lucida intervalla, in quibus recta ratione uti possunt. Unde, si tunc baptizari voluerint, baptizari possunt, etiam in amentia constituti, & debet eis tunc Sacramentum conferri, si periculum timeatur. Alioquin melius est ut tempus expectetur, in quo sint sane mentis, ad hoc quod devotissimi suscipiant Sacramentum. Si autem tempore lucidi intervalli non appareat in eis voluntas suscipendi Baptismum, baptizari non debent in amentia.

tia constituti. Quidam vero sunt, qui, eis non omnino sane mentis existant, in tantum tamen ratione duntur, quod possint de sua salute cogitare, & intelligere Sacramenti virtutem. Et de talibus idem est judicium, sicut de his qui sane mentis existunt, qui baptizantur voluntes, non auctem inviti. Quod & traditur cap. majores de Baptismo.

## CAPUT XII.

## Necessitas &amp; obligatio Baptismi.

**157** DE ea optimè S. Thomas q. 66. a. 2. Necessitas utendi Sacramento Baptismi inducta fuit hominibus post passionem & resurrectionem. Tum quia in passione Christi terminata sunt signalia Sacraenta, quibus succedit Baptismus, & alia Sacraenta nova legis. Tum etiam quia per Baptismum configuratur homo passio & resurrectione Christi, in quantum moritur peccato, & incipit novam iustitiae vitam. Et ideo oportet Christum prius passus & resurgere, quam hominibus incederetur necessitas configuranda se morti & resurrectionis ejus.

**158** Nec dicta necessitas ante Pentecosten incepit videatur, trou Tridentinum indicat tesi. 6. c. 4. dicens, quod iustificatio, post Evangelium promulgata, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non posset.

**159** Post Evangelium igitur in die Pentecostes proulgatum, tanta est Baptismi necessitas, ut sine eo, vel ipius voto, nullus parvulus justificari, nullus adulteri salvari queat, telle Veritate Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non posset intrare in regnum Dei. Quae verba explicans Ambrosius 1. 2. de Abraham c. ult. Nullum (inquit) excipit, non infantem, non aliquam preventum necessitatem.

**160** Nec circa igitur 1<sup>o</sup>. cum Cajetano 3. p. q. 68. a. 2. & 11. infantes in utero morientes salvari posse per Baptismum in voto & fide parentum, si eis benedictionem dent in nomine Trinitatis: Cantè & irreprehensibiliter ageretur. Si periclitantes in utero pueris, ob maternam agritudinem, vel partus difficultatem, benedictio in nomine Trinitatis avertitur, & causa diffusio deinde reveratur divino iudicio. Quis scit, si divina misericordia huiusmodi Baptismum in voto parentum acceptaret, ubi nulla incuria, sed sola impossibilitas executionem Sacramenti excusat.

**161** Nec 2<sup>o</sup>. cum Gortone serm. de nativit. Virg. Maria, quod infantes in utero morentes salvari possint propter orationes pro eorum salute a parentibus factas: Debent (inquit) mulieres prægnantes, similiiter & viri sui, per se & alios, diligenter precies fundere Deo, & ad sanctos Angelos Custodes bonum, etiam puerorum in utero, debent ad ceteros Sanctos Sanctaque configere, quando infans nondum natus, si forte moriturus est, præsumat ad Baptismi fluminis gratiam pervenire valer, digeretur ipsum Dominus Iesus Summus Pontifex Baptisma Spiritus sancti preveniendo misericorditer consecrare. Quis enim seit si forte Deus, sed quis non devotus sperare voluerit, quod rationem humilium nequamquam despiciat?

**162** Nec 3<sup>o</sup>. cum Authoribus 1. l. c. 13. relatatis, Deum misericorditer suppleret effectum Sacramenti, quoad gratiam, quando Minister malitiosè subtrahit necessariam intentionem. Ubi Minister ex malitia, in Baptismo, vel Penitentia, vel alio Sacramento falleret (inquit Bartholomaeus ab Angelis apud Diuina p. 3. tr. 4. resol. 17.) non habendo intentionem faciendi quod facit Ecclesia, sed tantum irridere hominem, & hac sua malitia non esset nota, Deus (qui facienti quod in Ie est non deficit in necessariis), & non alligavit

virtutem suam Sacramentis) suâ infinitâ bonitate superaret, non quoad characterem sed quoad gratiam.

Nec 4<sup>o</sup>. cum nonnullis apud Suarez tom. 163. in 3. p. disp. 27. fest. 3. quod licet nullus infans de lege ordinaria salvari queat sine Baptismo; aliquos tamen salvari per misericordiam Dei, ex privilegio extraordinario.

Siquidem omnes & singula istæ exceptiones 164 temerarie sunt, & ita improbabiles, ut nullo modo haberet debet pro verisimilitudinibus, nedum pro veris. Et sicut caverdi sunt, qui misericordia officia ejusmodi infantibus sine Baptismo salutem vivunt, per fidem alienam, Ecclesiæ, vel parentum (at Molanus de Baptismo, c. 3. n. 22.) ita & per quodcumque extraordinarium privilegium, vel divina misericordie supplementum, extra martyrii casum. Siquidem Christus generaliter & fine exceptione dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Generales autem divinas Scriptura affectiones, sola humanâ ratione, vel communicatione, fine autoritate Ecclesiæ, vel traditionis inflectere, vel exciperre non licet, ut in Prolegomenis ostendit. Quia cum Deus legem generalē edit, omnes exceptiones removet, nisi eam verbo suo, scripto vel tradito, per se, vel per Ecclesiæ suam, exprimat. Unde si quis contendat aliquem ab ejusmodi legi esse immunitem exceptionem ex verbo Dei, scripto vel tradito, vel ex Ecclesiæ declaratione probare debet.

Cum igitur nullâ Scriptura vel Ecclesiæ declaratione, nullâ traditione, nullâ sanctiorum Patrum autoritate probari queat ulla ex dictis exceptionibus (nullus enim Scriptura vel Patrum locus proferi potest, quo ullis infantibus, non baptizatis, extra casum martyrii, tribuatorum salvi) omnis exceptio, sola humanâ ratione vel committitudo admittit, eo ipso rejicienda est & damnanda, & qui eam committuntur, manifeste adulterio divinas Legis criminis tenentur, inquit piffianus Contencionis huc dissentit. 3. c. 1.

Teneatur ergo velut in illice tculpi, magistris 166 lis hac regula S. Augustini l. 1. de peccat. merit. c. 23. Nulla ex arbitrio nostro salus eterna, præter Baptismum Christi promittitur infantibus, quam non promittit Scriptura divina, vel traditio, humanis omnibus ingenis preferenda.

Aqui Scriptura & traditio nulli infanti salvatorem acribam, præter Baptismum promittit in ullo ex dictis casibus. Imò adverfers omnes illos casus & exceptiones Scriptura & traditio militat. Scriptura, dum generaliter, & absque ulla exceptione dicit: Nisi quis renatus fuerit, &c. Traditione, dum mulierum in verbis illis exceptionem pro infantibus admittit, nisi in casu martyris. Ambrosius quippe supra dicente audiuimus, quod nullum Christus excipit, non infantem, non aliquam preventum necessitatem. Ambrolio concinit Augustinus l. 1. de anima c. 12. ubi refutat Vincentium Victorem, qui cum peccatum originale culpabiliter fateatur, nbi omnibus ait, p. se eos (parvulos) sine Baptismo salvari. Quia magis ei recors, quam misericors vanitas. Et l. 3. c. 9. Noli credere, nisi docere, infantes, antequam baptizentur, morte preventos, pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus. Et l. 1. de peccat. merit. c. 27. Quoniam de oibis ejus esse non incipiunt parvuli, nisi per Baptismum, profecto si hoc non accipiunt, peribant. Et epiph. 28. nunc 166. ad Hieron. cap. 7. Quiquis dixerit, quid in Christo vivificabuntur, etiam parvuli, qui sine Sacramenti hujus participatione de vita excent, hic profecto & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiæ: ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur & curritur,

## De Sacramento Baptismi.

57

- ratur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo omnino vivificari non posse. Et serm. 14. de verb. Apost. c. 16. *Nemo nos fallat, Scriptura evidens est. Omnis generatus, damnatus. Nemo liberatus, nisi regeneratus.* Quod & ali Patres passim tradunt, significatque tanta que semper fuit Ecclesia maris sollicitudo, ad Baptismum parvulus procurandum. Quam sollicititudinem contraria opinio, & non omnino tollit, multum certe minuit, injecta spe salutis parvulorum per aliquod extraordinarium divinæ misericordiae supplementum.
- 168** Denique universa traditio infantes quoscumque, etiam piissimum parentum, eorum Baptismum tota corde desiderantium, sine eo decadentes exclusit à regno celorum, non obstante voto illo parentum, ad inscrutabilia Dei iudicia Patres semper retulerunt, quod, non obstante illo parentum voto, infantes illi perirent: infantes vero parentum impiorum ad Baptismum pervenirent, & ad celum pervenirent. *Iudicium mirum est (inquit Augustinus de corrept. & grat. c. 8.) & ramen verum, atque ita manifestum, ut nec ipsi inimici gratiae Dei, quonodo id negent valeant invenire, quid filios quodam amicorum suorum, hoc est regeneratorum, bonorum filiorum, sine Baptismo hinc parvulos excusat, quibus utique si vellet hujus laevacri gratiam procuraret, in cuius potestate sunt omnia, alienas a regno suo, quod parentes mittit illorum: & quodam filios inimicorum suorum facit in manus Catholicorum venire, & per hoc laevacrum introducit in regnum, a quo eorum parentes alieni sunt. De dono perferv. c. 12. Quid dicam, quod parvulus aliquando, antequam illi per missi- riem Baptismi succurriri posse, expirat: plenius enim festinibus parentibus, & parvis Ministris, us Baptismus parvulo datur, Deo tamest notente non datur. L. 6. contra Julian. c. 14. Aliquando adoptas in filium, quem format in utero immundissima semina; & aliquando non vult esse filium, quem format in utero filiae sua. Ille quippe ad Baptismum necio quā provisio perennit: iste repentinā morte non perverit. Atque ita Deus, in cuius potestate sunt omnia, facit esse in Christi consortio, quem format in dia- boli domicilio; & non vult esse in regno suo, quem format in templo suo. Similia habet l. 2. contra duas epist. Pelagian. c. 6. & alibi frequenter. Hoc autem in inscrutabili Dei iudicia, & non parentum, vel sutorum parvulorum, sed Dei voluntati ibi refert, sicut loco citato de corrept. & gratia, neconon 1. 7. de peccat. merit. c. 21. Ita etiam Protop. epist. ad Rufin. Fulgentius l. 1. de veritate prededit. c. 12.*
- 169** Manifestum est ergo alienam à mente SS. Patrum esse assertiōnem, quae ponit, aliquos ex di- ets infantibus salvari in fide & voto parentum, etiam in Provinciis ( siquæ dentur ) in quibus lex nova nondum est sufficiens promulgata, sed adhuc inculpè ignorata. In quibus eruditus quidam Neotericus disp. 5. de Bapt. dub. 1. n. 9. & seqq. & in Supplemento ad cunctem locum, non bene conser Baptismum necessarium non esse ne- cessitate mediæ, & sine eo infantes salvari posse per remedium legis naturæ, per fidem unice pa- rentum. Quod mihi non videtur probabiliter su- finiri posse, ob præmissa.

- 170** Neque generalē Christi sententiā rationabilius ipse imitata, quam Cajetanus, vel Germon, vel alii de quibus suprà. Maxime cum tota ratio ipsius sit, quod Deus impossibilia non jubeat. Quod ( inquit ) aliqui faceret. Miror virum do- gñissimum non adverteisse rationem istam prorsus levem esse, r. qui siue Deus impossibilis non jubet, fidem actualē Trinitatis, vel Incarnationis, omnibus adultis peccatoribus necessitate mediæ necessariam faciendo, etiam in Provinciis, in quibus necessitas ista inculpè ignorari supponitur, jux- Tom. III.
- H

ta dicenda n. 195. Ita nec Baptismum in dictis Provinciis in re, vel in voto necessarium faciendo.

**171** **2º** Sicut Deus impossibilia non jubet, Bap- tismum necessitate mediæ necessarium faciendo infantibus, necessitatē istam non solum inculpatè ignorantibus, sed nec cognoscere valen- tibus, nec Baptismum per se sibi procurare valen- tibus, nec per parentes suos ( v. g. in casu quo nulli diligenter parcent ad Baptismū infantibus suis procurandum, nec tamē ad Baptismū ipsos perducere valent ) ita nec illū necessitate mediæ necessarium in dictis Provinciis faciendo.

**3º** Quia illi qui in dictis Provinciis percutunt, defecti alicuius necessarii necessitate mediæ inculpatè ignorati, non pereunt propter omissionem seu transgressionem præcepti observatu impossibili, sed vel ob originale peccatum, vel ob actu- ale, fini cuius remedio à Deo unicè instituto de- codnat. Omissio namque remedio necessitate mediæ necessaria, sive ad justificationem, sive ad salu- tem, iustificatione vel salutis obtineri non potest, sive interim remedium illud culpatè, sive inculpatè omissum, ut constat ex definitione necessarii necessitate mediæ.

Simile Deus remedium instituit pro tempore **172** legis nature, uti & circumcisionem pro tempore legis scripta: quā si quis Judeus uteretur tempo- re legis novæ, tamē legem novam suppone- ret invincibilitē & inculpabilitē ignorare, per eam à peccato originali non liberaretur, nec sal- varetur. Nec oppositum sine errore dici potest. Quia ad hoc Deus circumcisionem non instituit nisi pro tempore legis scripta, tunc ultra id tem- pus hanc ei efficaciam dedit. Nec inculpata igno- ranzia, quā ignorareetur tempus istud amplius non esse, dare potest circumcisioni efficaciam ul- tra tempus, pro quo solo Deus efficaciam istam ipsi dedit, ut per se manifestum est. His prōinde opinio non magis probabilis est, quam supradicta opinio Cajetani, quam Pius V. à Commentariis ipsius iussit expungi, nec magis quam opinio Cam- panellæ apud Caramuelum Theol. Fundam. re-olutiva n. 185. dicentis: *infantes Catholicorum, qui morientur sine Baptismo, in fide paren- tum salvati.* Quam opinionem erroneam esse, negari non potest.

Dicendum ergo generatim, & absque excep- **173** tione, cum S. Thoma quodlib. 6. a. 4. quod in peris mundum habentibus nō solum rationis, non po- teat esse motus fidei. & dilectionis, aut propositam suscipiendi Baptismū. Es idē non possunt salva- ri, nisi per Baptismū aquæ, vel per Baptismū sanguinis, si propter Christianum occidantur, ex quo non solum Christiani, sed etiam Martyres sunt, ut Augustinus dicit de Innocentibus. Es sic patet quod in deserto moriens sine Baptismo ( tamē illis in circumstantiis impossibili ) salutem non conse- quatur. Quia in contrarium objicitur, soluta habes l. 1. c. 13.

### CAPUT XIII.

*Infantes omnes, etiam fidelium, & piissimorum parentum, sine Baptismo sumini, & sanguinis morientes, secundum communem doctrinam ve- terum Patrum, damnantur ad ignem eternum, tamē mitissimam præ ceteris penæ.*

**174** Missis Pelagianis, qui dictis infantibus pro- miferunt vitam eternam, extra regnum cer- lorum, quorum errorem jamdudum Ecclesia condemnavit: nonnullorum Catholicorum Do- citorum opinio est, infantes sine Baptismo de- cedentes, non damnari peccata sensus, sed damni dumtaxat. Ita S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, noster Baconius, & multi Recentiores. Ita quidem, ut iuxta S. Thomam in 2. dist. 33. q. 2.

2. ex poena damni non sunt afficiendi tristitia, tametsi poenam damni subiuri sint in inferno, juxta Florentinum, dicens: *illorum animas, qui in mortali peccato, vel solo originali decedunt, in infernum descendere.* Per infernum tamen Bonaventura, Richardus, Abulensis & è nostris Baconius, Michael à Bononia, Lezana, &c. non intelligent infernum damnatorum, sed locum subterraneum ab eo distinatum, qualis fuit lymbus SS. Patrum.
175. Imò Salmeron in cap. ad Rom. aliquie Noviores sentent eos vieturos super terram, naturaque beatitudine ibi fructuros, angelicis quoque visionibus recreandos. Scotus etiam naturam ipsius beatitudinem aliquam concedit, sicut imperfictam. Quem non pauci Recentiores sequuntur.
176. Sed in contrarium est communis sententia Conciliorum, veterumque Patrum. Siquidem de fide est quod dicti infantes, utpote non regenerati, non intratur sint in regnum calorum. Ergo (inquit Augustinus serm. 14. de verb. Apost.) *ibunt in ignem aeternum: qui enim non erunt in regno, procul dubio in ignem aeternam ibunt.* Neque enim dici potest (at Gelasius Papa epist. 7.) quod non renati infantes tantummodo in regnum calorum ire non valeant, non autem aeterna damnatione puniantur. Tametsi enim potest recte dicas, parvulos, sine Baptismo de corpore exente, in damnatione omnium mitissima futuros: multum fallit, & fallitur, qui eos in damnatione predicant non futuros. In damnatione utique ignis. Ut enim arguit citato serm. 14. de verb. Apost. venturus est Dominus, & iudicaturus de vivis, & mortuis, sicut Evangelium loquitur, duas, non tres, partes facturas est, dextram & sinistram. Sinistris dicturus: *Ite in ignem aeternum...* Dextris dicturus: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c...* Nullus relietus est medius locus, ubi ponere queas infantes... Nullum medium locum in Evangelio novissimum. Ecce in dextra regnum calorum est... Quis ibi non est, in sinistra erit. Quid erit in sinistra? *Ite in ignem aeternum...* Qui non in dextra, procul dubio in sinistra. Ergo qui non in regno, procul dubio in igne aeterno... Igitur, quando confiteris parvulum non futurum in regno, fatearis futurum in igne aeterno.
177. Concinis Augustino Fulgentius 1. de fid. ad Petr. c. 27. in tantum ut velut fidei orthodoxa dogma tradens, ut vidimus to. 1. 1. 10. p. 3.
178. Concinis & S. Alcimus Avitus Vienensis Archiepiscopus. Cujus verba ibidem exhibuimus ex carmine de caelitatis laude ad Fulginium fororum.
179. Nec dissentit Gregorius Magnus, sed opinioni quæ contendit poenam sensus foli peccato actuall debitam, cum Patribus ante relatis aperte contradicit his verbis: *Nonnulli prius à presenti luce subtrahuntur, quam ad profunda bona, malave merita activa vita perveniant. Quos quia à culpa originali Sacra menta salutis non liberant, & hic ex proprio nibil egerunt, & illuc ad tormenta pervenient.* Et infra: *Perpetua tormenta percipiunt, qui nibil ex propria voluntate peccaverunt. Non dissentit etiam Ilidorus 1. 1. sent. 22. dicens: Pro solo originali lauanti in inferno recenter nati infantes penas, si renovari per lavacrum non fuerint.*
180. Igitur nos baptizatis parvulis nemo promittat inter damnationem ignis, regnumque calorum, quietis, vel felicitatis cuiuslibet, & ubilibet quasi medium locum, inquit Augustinus lib. 1. de orig. anim. c. 9.
181. Haec co dicta sunt, ut fundatissimo timore externa calamitatis, quæ infantes manet, si ex hoc facculo non regenerati discedant, expurgant plerisque matres, qua suos infantes isti quotidie exponunt misericordia, dum crudeli intemperantia vel gule, vel libidinis, illos nondum natos in ueris suis extingnunt, vel crudeli negligentiâ illos nondum natos in finu suo extingunt, vel prefcocant, vel citò baptizari non procurant. Quam etiam ob causam arguendâ veniunt plures obsterices, debitum baptizandi modum, vel formam ignorantes, ac per hoc plures infantes probabili, imò certo aeternæ damnationis pericolo exponentes.
- Nec dictis infantibus ad evadendum ignem, 182 vel trifitiam aeternam proderit milior opinio sancti Thomæ, si falsa sit. Nec nostra erga parvulos pietas & misericordia ipsos à damnatione, aeternaque tristitia & calamitate liberabit in Dei iudicio, in quo, juxta Scripturarum oracula, Sanctorumque traditionem Christi sententiam profert. Videri potest Florentius Coriusr Archiepiscopus Tuemensis in Hybernia, in libro de hac re edito anno 1624. ubi plura ad idem probandum ex Scripturis & Patribus argumenta proferat, contrariaque docte & solidè dissolvit. Plura etiam de hac questione à nobis dicta videri possunt to. 1. h. 10. suprà relato.

## CAPUT XIV.

*Dispositiones ad Baptismum suscipiendum adultis necessariæ. Ubi suis de necessitate amoris Dei proper se, ad Baptismum fructuose recipiendum.*

A D Baptismum validè suscipiendum nulla 183 alia dispositio in adultis requiritur, nisi confessus ipsorum, seu voluntas recipiendi Baptismum. Quam quidem voluntatem necessariam esse conflat ex dictis lib. 1. c. 21. docetque sanctus Thomas q. 68. a. 7. *Ex parte baptizati requiri voluntas, seu intentio suscipiendo Sacramentum. Quae si in adulto deficit* (at ad 2.) *efficitur rebaptizandus.* Tametsi is qui terroribus & suppliciis inducitus consentit Baptismo, validè equidem baptizetur, prout Innocentius III. ab Arcelensi Episcopo interrogatus respondit cap. majores de Baptismo, exemplificans in Judæis sub Catholicæ Regæ Sifebutio baptizatis, qui ad id coacti sub pena flagellationis & exilio, tandem Baptismum suscepserunt. Et rationem dat Pontifex, quia licet talis non vellet si posset impunè, adèquè dicti posset conditione nolens, absoluè tamen vult & consentit. Si quis tamen temper maneret invitus, nec terroribus aut suppliciis induci posset ad confessum, non valeret Baptismus ipsius, ut idem Pontifex declaravit ibidem. Idem conflat ex cap. de Judæis dist. 45.

Ad licitam tamen & fructuosam Baptismi suscipiendum adultis non sufficit consentire, sed i<sup>o</sup>. oportet eos instrui de mysteriis & obligationibus Religionis Christianæ, juxta illud: *Ducete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Matth. & Marci ult.

i<sup>o</sup>. oportet credere. Quia qui non crediderit, 185 condemnabitur, ut dicitur ibidem. Et Apostolus Hebr. 11. Accedentes ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remuneratur sit. Item: *Sine fide impossibile est placere Deo.* Et Act. 8. *Si credis ex ictu corde, licet te baptizari.* Et respondens ait: *Credo Filium Dei esse Jesum Christum.* Et necessitate mediæ adēd necessarium est credere explicitè Deum esse, & Remuneratorem esse, atque infupere mysterium Trinitatis, & Incarnationis, ut qui sine ista fide baptizatur, non justificetur, tametsi supponeretur mysteria illa invincibiliter, seu inculpatè ignorare (quod an fieri possit non est opus hic disputare), uti constat tum ex dictis to. 2. de fide, tum ex definitione necessarii necessitate mediæ. Unde Rom. 3. dicitur, quod *justitia Dei est per fidem Jesu Christi.* Sed & Tri-

## De Sacramento Baptismi.

59

dentinum sest. 6. c. 6. inter dispositions necessarias ad justificationem per Baptismum primo loco requiri fidem: *Diponuntur (inquit) ad iustificationem, dum excitati divina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè moverant in Deum, credentes vera esse, que divinitas revelata & promissa sunt, atque illud imprimis, a Deo iustificari impium per gratiam ejus, per redemptio-*

*nem quae est in Christo.* 186 3° oportet iperare, seu confidere Deum sibi propter Christum fore propissimum, prout Tridentinum dicit ibidem, iuxta illud Marci 2. & Matth. 9. *Confide fili, remittuntur tibi peccata.* Hanc spem in contritione requisitam ad justificationem per Sacramentum Poenitentiae requirit etiam Tridentinum sest. 14. c. 4. *Fuit autem quoris tempore, ad impetrandum veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius, & in homine post Baptismum lapsi ita demum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divina misericordie... conjunxit sit.* Et infra eam requirit etiam in contritione imperfetta, que attrito dicitur.

187 4° non sufficiunt dicti actus fidei, & spei (utpote confidentes, seu confidentes valentes cum voluntate peccandi, cum qua nullus à peccato mundari potest per Baptismum) sed insuper necessaria est poenitentia de peccatis actualibus ante Baptismum commisis, cum firmo proposito servandi mandata, juxta illud Act. 2. *Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum.* Et Matth. ult. *Docentes eos servare quecumque mandaveri vobis.* Unde Tridentinum citata sest. 6. c. 6. post fidem & spem requirit *motum adversus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est per penitentiam, quam ante Baptismum agi oportet, sicut & propositum, quo proponunt inchoare novam vitam, & servare divina mandata.* 188 5° requirit aliquis Dei propter eum dilectio-

nitio ex qua secundum Tridentinum proxime relatum, procedere debet poenitentia requisita. Post fidem namque & spem, requirit dilectionem, quia Deum tamquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt. Ac propterea (inquit, id est propter istam dilectionem, seu Deum dilectum) moveatur adversus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est per eam poenitentiam, quam ante Baptismum agi oportet. Ubi mirum est (ait eruditissimus Boudartius hie tr. 2. q. 11.) quod nonnulli ita proprio sensui, & anticipate opinioni indulgent, ut verbum illud (OPORETE) nihil aliud quam convenientiam, non necessitatem, importare contendant. Cum non solum convenientiam, sed necessitatem importent verba Principis Apostolorum Act. 2. in quibus Tridentinum se fundat: *Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Et Tridentinum sest. 14. c. 4. exprefse dicat: *Fuit autem quoris tempore ad impetrandum veniam peccatorum, hic contritionis motus necessarius.* Cumque Tridentinum capitulo 6. (duabus lineis postquam dixit, poenitentiam, quam ante Baptismum agi oportet) subiungat Apostoli locum, accedentes ad Deum oportet credere: & vox oportet hinc sine controversia necessitatem importet: credibile non est quod dubium ante hinc eandem vocem in alio prorsus significacione usurpaverit, & in instructione totius Orbis, in qua de animarum salute peccatorumque remissione agitur, adeo aquivocaverit, ut vel apertam litigis ianuam reliquerit, ea voce utendo in significacione plene dissimili ab ea quā Legillatores paſſum utuntur in ordinacionibus publicis, in quibus, sicut & in contractibus, vox oportet (secundum Jurisconsultos) significare necessitatem. Unde Vatquez 1. 2. disp. 203. c. 9. n. 92. ait verbum illud oportet (in Tridentino citato) haud

dubie necessitatem denotare. Si enim majorem solūm decentiam significaret, sensus esset, quod agere poenitentiam ante Baptismum, non sit necessarium, sed quid melius & decentius. Quod haud dubie falsum est. Et quorūam (inquit) diceret Concilium agere hanc poenitentiam, ante Baptismum, melius aut decens esse: cum tam ante Baptismum, quam postea, decens & confessaneum sit? Sed & Theologi, qui Tridentino adfuerunt, actum charitatis, perinde ac fidei & spēi ante Baptismum necessarium esse docuerunt, ut Dominicus Soto 1. 2. de nat. & grat. c. 12. his verbis: *Nos vero contra (Lutheranos) agnoscimus fidem motu primaria esse necessarium.* At quoniam possibile est, ut qui credit non diligit, adiuvans, necessarios esse, cum illo qui est fidei, actus preterea spes & charitatis. Idque evincit ratio, quae Tridentinos Patres movit ad requirendam dilectionem, fatem inchoatam, Dei tamquam omnīs fontis iustitiae, ex eaque profectam poenitentiam ante Baptismum. Ratio quippe fuit, quia si poenitentia tota esset ex timore, sine amore iustitiae, & dolor esset propter paenam tantum, & non propter offenditam, instructiofa esset. ut Cardinalis Pallavicinus ex actis originalibus Concilii in historia ipsius testatur l. 8. c. 13.

Ex qua ratione pariter evincitur, inchoatam 189 dilectionem Dei tamquam fontis omnīs iustitiae, quam Tridentinum ibi requirit, non esse merum amorem concupiscentiae, quo Deum nobis ipsi ob proprium commodum diligimus; sed benevolentias & charitatis, seu Dei propter se. 1° quia dolor de peccato propter paenam tantum, & non propter Dei offenditam, procedit ex amore concupiscentiae, quo sicut volumus commodum nostrum; ita timemus & odimus incommodeum nostrum, seu paenam. Poenitentia vero seu dolor propter paenam tantum, non propter Dei offenditam, instructiofa est, adeoque insufficientis secundum Patres Tridentinos.

2° quia dilectio Dei tamquam fontis omnīs iustitiae (qua Concilium requirit) est dilectio Dei propterea quod sit fons omnis iustitiae. Cum 190 igitur Deus secundum se, & secundum quod Deus, sit fons omnis iustitiae, dilectio Dei propterea quod sit fons omnis iustitiae, est dilectio Dei propter Deum, sive dilectio Dei, non propter rivulos beneficiorum, sed propter eorum fontem, qui est Deus ipse. Est ergo dilectio Dei propter se.

3° exprefso illa Tridentini haud dubie co 191 modo intelligenda est, quo intelligitur a Patribus, ex quibus est defumpta. Ab ipsis vero intelligitur de dilectione Dei, non propter effectus ipsius, sed propter se, ut videtur est in Augustino l. 1. de civitate rudib. c. 27. ubi instruens eos qui baptizari volunt (quod & Tridentinum facit loco citato) *Diligatis (inquit) Deum gratias, quia amandas est, non sicut aliquid quod videtur oculis, sed sicut amas sapientia, & veritas, & iustitia, &c. non quemadmodum sunt in hominibus, sed quemadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis, & incommutabilis sapientia.* Et in Psalm. 61. ad finem: *Transcede creaturas, rāde illas, ubi semel locutus est Deus, & ibi invenies fontem iustitiae, ubi est fons vita.*

4° Patres Tridentini exprefse se explicavere de amore charitatis, prout idem Tridentinus Historicus testatur citato cap. 13. Unde pro titulo istius capituli ponit hoc summarium: *De actu charitatis necessario ad iustitiam, etiam in Sacramento accipendam.* Et in capituli decursu ostendit non esse titulum sine re, sub finem ait: *Quod attinet ad id quod dicitur de dilectione Dei, advertendum est, per tenorem decreti prius delineatis, nullam fieri dilectionis mentionem; sed*

H 2

Salvatorem Alepium Archiepiscopum Tarritanum, Claudium Jaium Societatis Iesu, Lipomanum Veronensis Adjutorem, & Pium Franciscanorum Presidem admonuisse, ut ALIQUIS CHARITATIS ACTUS INSERERETUR. Cùmque id ad omnium Patrum Judicium relatum fuerat . . . viginti tres ex ipsis disserè illud comprobasse, adeoque insertum decreto. Sed postea alii haud probatum (eò quod habitus charitatis, seu actus inde procedens non requireretur; at per hæc verba retentum: non est sermo eo loco de habitu charitatis, vel de actu inde procedente, vel ei inseparabiliter coniuncto; sed cùm in particulari, quo loquitur de penitentia, nulla fiat mentio amoris, rism est cum fide & spe jungere aliquem dilectionis (seu charitatis, ut cum ante vocaverunt) actum: quia si penitentia tota est ex timore, sine amore iustitia, & dolor est propter paenam tantum, & non propter Dei offendam, infrauctuosa est). Et cap. seq. Quibusdam pariter animadvertisit, CHARITATEM superiori capite memoratam recenseri sub ilius initium, inter ea que preparant ad iustitiam suscipiendam: postea vero tamquam veram ipsius iustitia formam ponit. Responderunt decreti formatores, in primo loco sermonem esse de quadam actu CHARITATIS. Cùm insit aliqua dilectio (charitatis utique) in homine, non quidem obtinente, sed exstante iustitia.

193 Ex actis itaque Concilii Tridentini, & narratione Historici, manifestè appetit, quod verba ista: illumque tamquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt, ac propter ea moventur adversus peccata . . . per eam penitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: idēc addita sunt, quia Patres voluerunt, ut aliquis charitatis actus insereretur. Et hoc idēc, quia si penitentia tota est ex timore, sine amore iustitia, & dolor est propter paenam tantum, & non propter Dei offendam (uti est, si abque ullo charitatis actu est) infrauctuosa est. Neque hoc solum manifestè ex dictis actis appetit, sed & appetit, quod charitatis actus, velut necessarius, non inconsolidò insertus fuerit dicto decreto, sed post contradictionem examen, acremque disceptationem, neque solum ex privato sensu decreti formatorum, sed ex solemnni sententiâ Patrum. Quare? Quia si penitentia tota est ex timore, sine amore iustitia, & dolor est propter paenam tantum, & non propter Dei offendam, infrauctuosa est. Apparet denique, quod plena Tridentinorum Patrum sententia est, ad iustificationem, etiam sacramentalem, non sufficere penitentiam, seu attritionem purè formidolosam, sine amore iustitiae, qui sit aliquis charitatis actus.

194 5º penitentia, quam Tridentinum ibi requirit, debet esse propter Dei offendam, & non propter paenam tantum, alias est infrauctuosa (ut ex iisdem actis constat) sed nullus penitent, seu dolet de peccato propter Dei offendam sine actu charitatis. Quia sicut gaudere de bono Dei, qui bonum ipsius est, est actus charitatis; ita dolere de malo Dei, id est de peccato, quia malum ipsius est, sicut offensa, est actus charitatis. Ut enim Doctor Angelicus q. 7. de malo a. 11. ad 3. ait: ejusdem rationis est quod voluntas seratur in appetitu unius contrarii, & in detestacionem alterius, sive, ut ait (1. 2. q. 113. a. 5. ad 1.) ad eandem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum, & resigerre aliud. Unde 3. p. q. 85. a. 5. ad 1. dicit quod peccatum . . . homini displaceat . . . propter Dei offendam . . . pertinet ad charitatem. Et ibidem in corpore dicit quod actus . . . quo aliqui peccatum displaceat secundum seipsum. & nos jam propter supplicia, est motus charitatis. In eoque omnes convenient, teste Beccano de Sacram. Penit. q. 3. c. 30. his verbis:

Id est actus charitatis, ut omnes concedant. Idem testatur V. quez in 3. p. q. 86. a. 1. dub. 1. n. 8. Omnes (dicit) preter Alexandrum fatentur, quid impudentib[us] sit, ut actus odii peccati, prout est offensa Dei, sit alterius virtutis quam charitatis. Et ratio ulterior est tum quia odium peccati, prout est offensa Dei, sive propter Dei offendam, & non propter paenam tantum, non est odium peccati propter nos tantum, sive propter interesse nostrum, vel propter incommodum quod peccando incurrimus. Igitur est odium propter Deum, & propter interesse Dei. Necessario ergo procedit ex amore Dei propter sc. Id quod evidens est potest unicuique odii & amoris naturam attendenti. Nihil enim prius & per se odibile possumus, sed necesse est omne odium ex aliquo amore procedere, vel creatura, vel Dei. Igitur necesse est ut odium peccati, in quantum est offensa Dei, procedat ex amore Dei, vel creature. Atqui non procedit ex amore creature propter creaturam, quia non est odium peccati, in quantum est malum creature, sed in quantum est malum, sive offensa Dei. Igitur procedit ex amore Dei propter sc. Tum quia nomine offensa Dei, quando dicit quod peccatum odibile oportet propter offendam Dei, non intelligitur ira Dei vel voluntas vindicandi, sed dignatio quae opponitur amori, quo nos quasi filios & amicos specialiter diligunt, at Ruardus Taprus ad art. 5. pag. 190. Igitur odium illud ex timore & amore filiali procedit. Ut enim S. Thomas ait 2. 2. q. 19. a. 2. timor paenae, ibi silendo, est timor servilis; timor culpa, est timor filialis; Si aliquis odit peccatum sive convertitur ad Deum . . . propter timorem paene, erit timor servilis. Si autem propter timorem culpe, erit timor filialis. Nam filiorum est timere offendam patris. Tum denique quia saltum negari non potest, peccatum in quantum est offendam Dei, est peccatum in quantum est peccatum, sive in quantum est contra legem Dei eternam (peccatum namque ab omnibus paefim cum Augustino definitur, dictum factum, vel concupitum contra legem Dei eternam.) Igitur negari neguit, odium peccati, in quantum est offendam Dei, est odium peccati, in quantum est contra legem Dei eternam. Cùm igitur omne odium alieijus malo procedat ex amore boni, illi malo opponit (recessus quippe a malo per odium, fit per acceditum ad oppositum bonum per amorem; sicut recessus ab uno extremo, fit per acceditum ad oppositum extremum) negari nequit odium peccati, in quantum est contra legem eternam, procedere ex amore legis eternæ, ac per consequens ex amore Dei, & non ex amore aliquis distincti. Cùm lex eterna sit Deus ipse; non aliquid à Deo distinctum. Ethinc ulterius conficitur, odium peccati, in quantum peccatum est, est odium peccati, in quantum est contra Deum ipsum, & non in quantum est contra aliquid à Deo distinctum; argue ad ead procedere ex amore Dei propter se dilecti. Quia odium peccati, in quantum est contra Deum, est odium peccati propter Deum. Quod haud dubie procedit ex amore Dei propter nos, sive propter commodum nostrum: cùm hoc conveniat soli odio peccati, in quantum est contrarium, sive contra commodum nostrum.

6º Tridentinum loco citato secutum est do- 195  
Strinam S. Thomas 1. p. q. 85. a. 6. cùm eadem ad iustificationem dispositiones, & eodem modo recensent, quo S. Thomas. Atqui S. Thomas, post spem recensens amorem, intelligit amorem charitatis. Postquam enim dixit: Quartus actus est motus spei, &c. subdit: Quintus actus est motus charitatis, quo displaceat secundum seipsum, & non propter supplicia, ut ibi videtur est. Igitur

Tridentinum per dilectionem, quam post spem pariter recentet, similiter intelligit amorem charitatis: cum ex dictis evidenter appearat, quod requirat amorem, quo peccatum displaceat secundum se, non propter supplicia tantum.

196 7° idipsum probatur ex scopo Tridentini, quod inter alias dispositiones ad justificationem in decreto suo recenti dictionem Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, non solum quia penitentia alias est propter peccata tantum, & non propter Dei offendit, sed & ad tacitum remedium errorem Lutheranorum in Apologia Confessionis Auguflanae ante annum 1545. conscripsit (teste Alberto Pighio controv. 9.) docentium, quod non posset prius adesse dilectio, quā fide sit facta reconciliatio, nec peccator potest Deum diligere, quem iratum vides precipitare velle in gehennam. Ad debellandum hunc errorem, Tridentinum loco citato statutum dictionem Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, praecedere justificationem, ipsumque de dilectione charitatis vel ipsi hereticis intellexerunt, ut videre eti in Kemnitio, apud Judocum Ravesteyn, argenteum Tridentinum illud decretum, in eo quod apprehendere Christum ad iustitiam & salutem, tribuit Patres Tridentini CHARITATI, non fidei. Unde quintum vitium est, quod fingunt dictionem Dei (quam proximè charitatem vocant) in nobis praecedere debere justificationem. Cui Ravelteyn optimè replicat, doctrinam istam Tridentinam esse conformem Scripturam: cum Scriptura manifestè infuisse, neminem salubriter ad Deum confugere pro impetranda reconciliatione, nisi qui aliquā dictione Dei, & amore iustitiae sit affectus. Unde Dominicus Sotus. (unus ex Theologis Tridentinis) l. 2. de nat. & grat. c. 12. explicans aliam Tridentini decretum, postquam retulit Lutheranum errorem, quod sola fide de peccator sufficiaret: *Nos verò (inquit) agnoscimus fidem motum primū esse necessarium. At quoniam pessime est, ut qui credit non diligit, adiungimus necessarios esse cum illo qui est fidei, actus præterea per & charitatem. Et c. 13. in fine: Iustitia de hac re dicere in sancta Synodo, praefatus sum, nempe quod non satis Lutheranus contradiceretur, si pronuntiatur, spem & charitatem coire cum fide in articulo justificationis: nam id plus aquo ipsi largiuntur. Punctionem verò contradictionis hoc est, quod quemadmodum actus fidei informis saltem naturā antecedat, gratiam (unique habitualem); ita & neceſſe est antecedantem actus spei & charitatis (Lutheranus contraria dicitur), auctus ipsi & charitatis subfeci gratiam justificantem, tali fide impletatam.) Id quod peripherienter in sua confessione confessio est modo Synodus Tridentina c. 6. ubi de iis qui ab originali simili & actualibus reconciliantur, sic habet: diponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitat divinā gratiam. & adjungi, fidem ex auditu concipientes... in spem eriguntur... illumque tamquam omnis iustitia fontem diligere incipiunt; ac propterea mouent adversus peccata... per eam penitentiam, quam ante Baptismum agi oportet. Et c. 7. hanc dispositionem, seu preparationem justificatio ipsa consequitur, &c. Igitur, iuxta Sotum, neceſſe est, ex mente Tridentini sessione illa sexiā, non solum actus fidei, sed & actus spei & charitatis... saltem naturā infusionem gratie antecedant, ut ibidem Sotus ait: Id etiam clare eadem sessione declaratum tradit Vg (qui eidem ipse quoque interfuit) in Concil. Trid. l. 6. c. 31. dicens: *Duo definita de penitentia hic video à Patribus. Primum, esse odium & detestationem propter Deum. Secundum est, oportere penitentiam agi ante Baptismum.* Similiter id eadem sessione definitum censet Melchior Canus (qui & ipse praesens fuit) p. 1. relect. de penit. ubi postquam dixit, quod*

primus actus penitentia nunquam est sine actu charitatis, idque variis argumentis ex Scriptura, Augustino & multiplici ratione probavit: *Id tandem (inquit) modò in Concilio Tridentino sess. 6. c. 6. & 7. definitum est, ac revera: id enim Dominus Luc. 7. infinitas videtur, inquietus: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, significans dolorem & lacrymas nullas esse, nisi cum charitate essent.*

8° tandem id probatur ex communi mente & sententiā Doctorum. Quod enim Tridentinum loco citato agat de amore Dei propter se, non de amore concupiscentiae, communis mens, ac sententia Doctorum est, uti testatur Tannerus to. 4. disp. 6. q. 2. dub. 4. n. 7. Idque Suarez in 3. p. disp. 4. sect. 8. probat, quia diligere Deum ut omnis iustitia fontem, non est diligere amore concupiscentiae, sed est diligere Deum ut Authorum gratia, & omnium supernaturalium bonorum, quomodo charitas dicitur. Nec vero dicit Concilium, hunc amorem pertinere ad spem, sed potius supponere spem, & post conceptum spem, per eam erigi hominem, & quasi sublevari ad diligendum Deum, utique propter seipsum. Nam amor concupiscentiae non sequitur propriè ex spē, sed ad illam potius supponitur.

Pluribus argumentis ex Scriptura, Traditione, Tridentino, &c. necessitas amoris Dei propter se ad justificationem peccatoris, etiam sacramentalem, invictè probabitur Deo dante l. 5. Hic solum istud addo: Dei propter se amor necessarius est ad justificationem per Baptismum sanguinis, ut probabitur c. 16. Ergo & ad justificationem per Baptismum aqua; upote qui non est efficiacior Baptismo sanguinis. Imo hunc illo efficacior est probabitur cap. seq.

CAPUT XV.

Triplex effectus Baptismi fluminis. Ubi etiam de effectibus Baptismi fluminis, & sanguinis.

Triples est effectus Baptismi (ait S. Bona) ventura in 4. dist. 4. a. 1. q. 3. 1. p.) 198 primus characteris impressio, secundus gratia infusionis, tertius innocentie restitutio.

In Sacramento ergo Baptismi 10°. imprimitur character (aut S. Thomas q. 63. a. 6.) quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia Ecclesiæ Sacraenta. Unde Baptismus dicitur janua omnium Sacramentorum. Alia ratio est quia per Baptismum homo recipitur in numero fidelium, scilicet Christianus; id est divina beatitudo accedit ad Baptismum in sui participationem recipit, & proprio lumine, quasi quadam signaculo ipsi tradit suam participationem. S. Dionylius de Ecclesiæ Hierarch. c. 2. *Et Spiritu signamus, ut imaginem ejus & gratiam tenere possimus.* Ambrosius l. 1. de Spir. sanct. c. 6.

Secundū infunditur gratia, per quam fit remissio peccatorum, tam originalis, quam actualium proflus omnium, iuxta illud Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris.* Quod & Florentinum definit in decreto Eugenii IV. Sacramenti Baptismi effectus est remissio omni calpa originalis & actualis. Siquidem ut Augustinus ait l. 1. de peccat. merita & remiss. c. 15. *Generante carne tantummodo, trahitur originales peccatum. Regenerante autem Spiritu, non solum originalium, sed etiam voluntariorum remissio fit peccatorum.*

Per eandem gratiam baptizatus efficitur haeres regni caelis, iuxta illud: *Qui credideris, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Per eandem quoque

incorporatur Christo, quasi membrum ipsius. S. Thomas q. 69. a. 5. Per candem acquiruntur virtutes infusa & dona Spiritus sancti, juxta Tridentinum fess. 6. c. 7. Hanc dispositionem seu preparationem iustificatio ipsa consequitur, que non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiae, & donorum. Et infra: In ipsa iustificatione, cum remissione peccatorum, huc omnia simili infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, & charitatem. Ita etiam S. Thomas q. 69. a. 7. Manifestum est quod per Baptismum aliquis consequtitur gratiam & virtutes. Et quia, remissa omni culpa & poena, non remanet in homine impedimentum, quo prohibeat ab ingressu regni caelorum, & per Baptismum non solum remittitur omnis culpa, sed & pena, ut proxime dicetur: Consequens est quod effectus Baptismi sit apertio janua regni caelorum. S. Thomas ibidem.

<sup>202</sup> Tertio in Baptismo in tantum restituitur innocentia, ut non solum remittatur omnis culpa, sed & pena, ut declaravit Eugenius IV. in decreto Armen. dicens, quod effectus Baptismi est remissio omnis penae, qua pro culpa debetur. Propatore baptizatis nulla pre peccata præterita injungenda est iustificatio, sed morientes antequam culparum aliquam committant, statim ad regnum celorum & Dei visionem pervenient. Et rationem dat S. Thomas q. 69. a. 2, quia per Baptismum aliquis incorporatur passioni & morti Christi, secundum illud Rom. 6. Si mortui sumus cum Christo, credimus quia sicut etiam vivemus cum eo. Et quia pater quod omni baptizato communica tur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus & mortuus esset. Passio autem Christi est sufficiens iustificatio pro omnibus peccatis omnium hominum. Et id est ille qui baptizatur, liberatur a reatu tuis penae, tibi debitis pro peccatis, ac si ipse sufficienter iustificatus pro omnibus peccatis sis.

<sup>203</sup> Et id est 1. de peccat. merit. & 28. Augustinus dicit, quod si continuo post Baptismum sequatur ex hac vita migratio, non erit omnino quod obnoxium hominem senectus, solus omnibus que tenebant. Quidque nihil habet remor & quomodo ad regnum celorum mos migrat, si parvulum statim mori contingat.

<sup>204</sup> Et quamvis remissa omni poena, per quam impeditur regni caelorum introitus, non tollatur omnis poenitentia (que non est pena proprie dicta) sed peccati originalis poenitentia, concupiscentia utique, ignorancia, alaque infirmitates ad agonem & augmentum mentis relinquuntur; per Baptismum tamen sit ut concupiscentia non imputetur, & sic contra concupiscentia roboretur homo, ut non oblitus baptizato; immo profit ad meritum, si bene utatur robore accepto. Ut enim super illud Rom. 6. defrustratur corpus peccati. Glosa dicit: per Baptismum id agitur, ut vetus homo crucifigatur, & opus peccatis defrustratur. Non ita ut in ipso vivente carnis conscientia compresur & immota repente absumatur, & non sit; sed ne oblitus mortuo (peccato) quae invenit nato.

<sup>205</sup> Et iniunxit quidem omnes æqualiter gratiam baptismalem accipiunt: Adulti vero quid per propriam fidem ad Baptismum accedunt, non æqualiter se habent ad Baptismum (ait S. Thomas q. 69. a. 8.) quidam enim cum majori, quidam cum minori devotione ad Baptismum accedunt. Et ideo quidam plus, quidam minus de gratia novitatis accipiunt. Sciat etiam ab eodem igne accipit plus calorem, qui plus ei approximatus: licet ignis, quantum est de se, æqualiter ad omnes suum calorem effundat.

<sup>206</sup> Et Baptismus quidem sanguinis omnem culpam & penam temper ablutus, sicut Baptismus flumi-

nis. Sed non sic Baptismus sanguinis, sive rotum Baptismi fluminis, ut patet ex S. Thoma q. 68. a. 2. ad 2. Universalis ablucio fit in exceptione Baptismi. & in martyrio. Propter quod dicitur quod in martyrio omnia Sacraenta Baptismi complentur, scilicet quantum ad plenam liberationem & à culpa & à pena. Squis tamen Catechumenus sit habens desiderium Baptismi (qua aliter in bonis operibus non moreretur, que non possunt esse sine fide per dilectionem operante) talis decedens non flumin pervenit ad uitam aeternam; sed patietur penam pro peccatis præteritis: ipse tamen salvens erit, sic quasi per ignem. 1. Cor. 3.

Angelico Doctori concinit Doctor Seraphicus <sup>207</sup> 3. p. centiloquii fcc. 48. de Baptismo, ubi sic: In Baptismo sanguinis, qui est per paenitentiam, & Spiritus sancti gratiam, purificamur a culpa. In Baptismo sanguinis purificamur a culpa, & à satisfactione penae. In Baptismo sanguinis purificamur ab omni miseria.

Per Baptismum itaque sanguinis, seu martyrium, omnia peccata, etiam venialia remittuntur, sicut per Baptismum fluminis, teste Augustino l. 13. de Civ. Dei c. 7. ubi dicit, quod mors pro Christo tantum valeat ad dimittendam peccata, quantum si Martyres abluventur aero fonte Baptismatis, per quem etiam venialia dimittuntur.

Imo martyrum majoris meriti, seu efficacia <sup>209</sup> est, quam Baptismus fluminis, secundum doctrinam Sanctorum. Siquidem Cyprianus in epist. ad Fortunatum, martyrum vocat Baptisma in gratia maius, in honore pretiosius, Baptisma in quo Angeli baptizant, Baptisma in quo Deus & Christus ejus exultat. Baptisma quod fidei nostrae incrementa conseruat, Baptisma quod nos receudentes de mundo statim Deo copulat. In aqua Baptismo percipitur peccatorum remissio, in sanguinis corona amplectenda res est, & optanda, & omnium populationum nostrarum precibus expedita, ut qui servi Dei sumus, sumus & amici.

Et Augustinus loco citato: Negue enim tanti <sup>210</sup> sunt meritis, qui cum mortem differre non possent, baptizati sunt. . . . quanti sunt hi, qui mortem differre non possent, id est non diffiteruntur, quia maledicunt, Christiani confitendo, finire hanc vitam, quamcumque cum negando, ad ejus Baptismum pervenire.

Rationem dat S. Anselmus lib. 2. Cur Deus <sup>211</sup> homo: quia nullatenus scipiens potest homo magis dare Deo, quam cum se morti tradit ad honorem illius.

Non ideo tamen martyrum gratiam causat ex <sup>212</sup> opere operato, sicut Baptismus aquæ; neque solum ex opere operantis, sed medio quedam modum, ex speciali favore Christi, juxta illud Augustini lib. 13. de Civit. c. 7. Mori pro Christo in tantam utilitatem, NON VI SVA, SED OPITULATIONE DIVINA converja est. Habet quidem favorem illum ex virtute passionis Christi, supra dignitatem, & meritum operantis (propter quod dixi, quod non solum causet gratiam ex opere operantis) sed non per modum actionis provenientis a Christo, velut agente principali, sicut Baptismus aquæ: neque enim tolerantie martyrii est actio vice & nomine Christi, tamquam principali agentis, exercita, sicut Baptismus. Neque Christus est qui in Martyribus suffert martyrium, vel occidit Martyres, sicut Christus est qui baptizat infantes. Canare vero gratiam ex opere operato, est illam causare ex virtute passionis Christi, supra dignitatem, & meritum operantis, per modum actionis provenientis a Christo, velut agente principali. Sicut actio Legati Regis habet efficaciam impetrandi, supra dignitatem, & meritum Legati, ob meritum Regis, cuius personam sustinet: quia scilicet Rex est, qui per Legatum postulat;

postulat; sicut actio baptizantis v. g. habet efficaciam caulandi gratiam ex opere operato, supra dignitatem & meritum baptizantis & baptizati, ob dignitatem & meritum Christi, passionisque ipsius: quia Christus est qui per Ministrum baptizat.

## CAPUT XVI.

*Ad consequendum dictum effectum Baptismi sanguinis, seu martyrii, necessarius est amor Dei propter se, ita ut martyrum pro Christo, sive ex amore ipsius insinueratur.*

<sup>213</sup> **P**robatur 10. ex Evangelio, ubi Christus ad effectum martyrii requirit, ut propter ipsum suffineatur. Matth. 10. Qui perdiderit animam suam propter me, invenerit eam. Marc. 8. Qui perdiderit animam suam propter me & Evangelium, salvam faciet eam. Luc. 9. Qui perdiderit animam suam propter me, salvam facies illam. Telle vero Augustino de mor. Eccles. c. 9. non potuit Christus amorem sui propter se expressius significare, quam dicendo propter me. Siquidem explicans verba ista, propter te mortificamus totius die: charitas (inquit) non potuit significari expressius, quam quod dictum est propter te. Unde conc. 2. in Psal. 32. *Martyres* (inquit) non facit pena, sed causa. Ideo Matth. 5. non sine addito Christus ait: Beati qui persecutionem patiuntur, sed addidit propter iustitiam, id est propter Deum charitate dilectionum. Ut enim Augustinus ait lib. de nat. & grat. c. ult. *charitas incubita, inchoata iustitia est;* *charitas proverbia, provecta iustitia est.* . . . *charitas perfecta, perfecta iustitia est.* . . . Quae tunc maxima est in beatitudine, quando pro illa ipsa contemnit vita. Nec Christus ibidem sine addito dixit: Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, &c. sed addidit propter me, in eundem lentum accipiens ly propter iustitiam, & ly propter me. Similiter Luc. 6. non simpliciter dixit: Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, &c. sed addidit propter Filium hominis.

<sup>214</sup> 20. ex 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ubi Apostolus non loquitur de sola charitate habituali (sive ea quippe martyrium ex Dei propter se amore perpetuum hanc dubiè prodest) utpote causam gratiam & iustificationem. Loquitur ergo de actuali, five de ipso charitatis affectu. Siquidem vox Graeca correspondens voci charitas, in textu Apostoli significat actu secundum, seu effectum charitatis, de coquere. Apostolus *Sandi quique intellexerunt* (inquit Tannerus disp. 2. de Ipe q. 2. dub. 3. n. 95.) & *confitat ex affectu antisibi linguaram, qua vel filium, vel maximè ad actum secundum pertinet.* Constat etiam ex aliis consequentibus, textuque sermonis Apostoli, ubi de actibus sermo est, potius quam de habitibus: *Charitas non querit que sunt: omnia credit, omnia sperat, omnia iustinet,* &c. Constat denique ex Chrysostomo, Augustino, & Cæsario. Quorum ille hom. 30. in 1. ad Cor. citatum Apostoli locum explicat de charitate actuali: *Præclarum* (inquit) *hanc actionem laudare aggressus es.* Similiter Augustinus serm. 15. de verb. Apol. c. 12. per charitatem intelligit amorem, seu sancti amoris affectum, sicut per cupiditatem intelligit affectum virtutis amoris: *mactam amavit* (quis hoc non intelligat de actione amoris?) qui torqueri potuit, deficere non potuit. Sed ille non potuit tanta perficere sine amore; nec tu communicare poteris Christi passionibus sine amore. *Sea quoq[ue] amore?* non sit cupiditas, sed charitas. *Si enim* (inquit) *tradidero corpus meum ita*

*ut ardam, & charitatem non habeam, nihil mihi prodest.* Et ne dubites nomine cupiditatis & charitatis actum intelligere: *charitatem* (inquit 1. 3. de doctr. christ. c. 10.) *voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum,* & *se atque proximo propter Deum.* *Cupiditatem autem, motum animi ad fruendum se & proximo,* & *quolibet corpore, non propter Deum.* De charitate etiam actuali Apostolus exponit tr. 8. in epist. Joan. c. 4. Et enarrat. in Psal. 141. n. 7. Et term. 90. de verb. Evangel. Matth. 22. edit. noviss. n. 6. 8. & 9. Et ferm 95. de verb. Evangel. Joan. 16. n. 3. n. 5. juncto cum n. 3. in fine. Ergo sine charitate actuali martyrium, secundum Apostolum, nihil prodest. Denique sanctus Cæsarius exhort. *ad tenendam charitatem*, sic ait: *Nolite vobis sine charitate blandiri, etiamque reliqua bona opera perseceritis.* (Loquitur ergo de charitate actuali) . . . *nam in tantum reliqua opera sine charitate nihil proficiunt, ut liberâ voce clamet Apostolus: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum ita ut ardam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Nec dicas, Apostolum id intelligere de charitate fraternali, nec aiud velle, nisi quod martyrium nihil proficit ostendit proximum. Neque enim charitati fraternali, scilicet à charitate Dei, convenient magnifica charitatis elogia, quae Apostolus ibi commemorat. Multò minus foli negationi odii in proximum. Neque enim negotio ista, vel fraterna dilectio, sine dilectione Dei, est illa *excellenter via*, quam si ibi demonstraret Apostolus testatur. Neque est illa charitas quae patiens, benigna est... omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia suscit. Non est illa charitas quae nunquam excedit, & di qua dicit: *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec: major autem horum est charitas.* Apostolus ergo manifestè loquitur de affectu amoris, quo Deus diligunt propter se, & proximus propter Deum, sicut loquitur de actu fidei & spei. Loquitur (inquit) de *præclarâ illâ actione*, de qua Chrysostomus suprà, quamque Apostolus ibi laudare aggressus est.

Propterea S. Thomas q. 66. a. 12. ad 2. affer. <sup>216</sup> *actionem nostram tradit dicens: effusione languoris non habere rationem Baptismi, si sit sine charitate.* Et 2. 2. q. 124. a. 2. ad 2. *Licet martyrium sit actus fortitudinis, ut elicient; est tamen actus charitatis, ut imperantis.*

Idem de Baptismo aquæ Augustinus dicit tr. 6. <sup>217</sup> in cap. 1. Evang. Joan. n. 14. *Baptismus sine charitate nihil prodest.* Et 1. 7. de Baptismo contra Donatist. c. 53. n. 102. *Baptismus eis ad salutem spiritualem non prodest;* si charitate (tulicipiendo) caruerint... Si enim habeam (inquit Apostolus) fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

## CAPUT XVII.

*Casus, in quibus Baptismus sub conditione restringendas est.*

**B**aptismum, scilicet validè collatum, nunquam <sup>218</sup> breviterari posse, de fide est, ex Symbolo Nicæno: *Confiteor unum Baptisma.* Necon ex definitione Concilii Florentini & Tridentini scil. 7. can. 11. Et contentiunt omnes Patres post Apostolum Ephes. 4. *Unus Dominus, una Fides, unus Baptisma.* Hebr. 6. *Impossible est eos qui semel sunt illuminati (id est baptizati) gustaverunt etiam donum cœlestis,* & *parcipes facti sunt Spiriti sancti... & prolapsi sunt, rursus renovari ad permanentiam.* Quod de renovatione Baptismi SS. Patres Graeci & Latini communiter exponunt apud Morinum 1. 3. de administr. Sacram. Poenit.

- c. 7. Quoties proinde constat aliquem validè baptizatum fuisse , grande sacrilegium committit & irregularitatem incurrit qui ipsum rebaptizata. Unde cap. cùm itaque de Conférat. dist. 4. reiterationem Baptismi S. Leo Papa vocat in expiabile facinus. Quoad irregularitatem videri potest cap. eos quos ibidem.
- 219 Hinc quotiescumque constat aliquem fuisse exterritum rite baptizatum , & non est probabilis dubitandi de intentione Ministri , non licet etiam sub conditione , rebaptizare. Doctores communiter. Quia tunc tanta est presumptio pro Baptismo validè collato , ut pro morali certitudine si habenda , uti declarat Innocentius III. cap. veniens de Presbyt. non baptiz. Et vani timoris non est habenda ratio l. 146. de reg. iur.
- 220 Nec sub conditione quicquam rebaptizandus est , dum unus testis oculatus , etiam mulier de cuius fide non est ratio dubitandi , testatur ipsum debitè baptizatum fuisse. Doctores communiter id colligentes ex cap. parvulus de Confér. dist. 4. nec non ex cap. cùm itaque ibidem.
- 221 Ceterum si Baptismi sui nihil recordetur , qui regenerationis est cupidus , nec alter attestari possit de eo , qui sciat esse consecratum , nihil est in quo peccatum possit irreperere , si sub conditione rebaptizetur. Quoniam non posse in iterationis crimen venire , quod omnino factum nescitur. Atque ideo quoties talis persona incidit , sollicitus primum examinatione discutire , Et longo tempore ( nisi forte supremus finis innatetur ) indagare , atriū nemo penitus sit , qui testimonio suo juvare possit ignorantiam nescientis. Et cum confiserit , etiam qui baptizatus indiget Sacramento , sola inanis suspitione prohiberi , accedit intrepidus ad consequendam gloriam , cuius in se nullum scit vestigium , nec verearum huic salutis januam aperire , quam nunquam ante docetur ingressus. Leo Papa cap. cùm itaque citato.
- 222 Primus itaque casus Baptismi sub conditione reiterandi , est dum quis certò non scit se baptizatum , tametsi suscipetur se baptizatum , si nullus sit qui certò sciat & restari possit ipsum baptizatum fuisse. Nam unum solum testis hic Pontifex admittit , si certò sciat ipsum baptizatum fuisse. Dum enim nullus certus testis juvare potest ignorantiam nescientis , non confert iteratum , quod omnino factum esse nescitur. Sive ut idem Pontifex ait sequent. cap. si nulla : quod non ostendit gerit , ratio non finis ut videatur iteratum. Quod axioma Innocentius III. his verbis repetit cap. veniens citato : non intelligitur iteratum , quod ambigitur esse factum.
- 223 Secundus ( si tamen non idem ) casus est , quoties adeit rationabile dubium de collatione Baptismi , vel de vatore Baptismi collati. De quibus enim dubiis est , an baptizati fuerint , baptizantur his verbis : Si baptizatus es , &c. Alexander III. cap. 2. de Baptismo & ejus effect.
- 224 Tertius proinde casus est , quando adiunt quidem indicia probabilia ad suspicendum ; insufficiencia tamen ad moralem certitudinem. Quia tunc est rationabile dubium. Card. de Lugo l. 1. respont. moral. dub. 1. & 2. Unde in Concilio Cartag. V. cap. 6. statuitur , quod quoties non inventantur certissimi testes , qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur , neque ipsi sunt per actum idonee de traditis sibi Sacramentis respondere , placuit abfus scrupulo ei esse baptizandos. Et Paulus V. in suo Rituale §. de Bapt. parvul. mandat rebaptizari illos , de quorum Baptismo non constat. Non constat autem , ubi non adeit clara seu certa probatio. Mafcardus de probat. conclus. 75. n. 21.
- 225 Collige 1°. sub conditione baptizandos infantes expoitos , quibus adiecta non est schedula te-
- stificans de Baptismo. Doctores communiter. Imò Concilium Mediolanense III. sub S. Carolo Borromeo tit. de Bapt. infant. & Synodus Camericensis II. idipsum statuunt , tamen si schedula adiecta sit , si aliter de Baptismo constare nequeat. Quia equidem dubium manet de valore Baptismi , fortasse à matre substantialia ignorante , vel turbata invalidè collati. Et quia scriptura privata non notat filijlo , vel manu Scriptoris , nulla fides adhibenda est. Tuschus verbo Scriptura. Consonant Constitutiones Constantiennes p. 1. tit. 6. n. 6. Necnon Hispanenses & Cordubenses apud Quintanaduenas singul. l. 1. tract. 1. sing. 9.
- Collige 2°. rebaptizandum non esse , qui inter 226 Catholicos natu & educatus , Sacra menta frequentavit , & ab omnibus pro baptizatio haec tenus est habitus. De tali enim non est rationabile dubium , ut patet ex cap. fin. de Presbyt. non bapt. ubi Innocentius III. sic ait : De illo qui natus est ex fidibus parentibus , & inter Christianos fideliter converitus , tam violenter presumptur , quod fuerit baptizatus , ut haec presumptio pro certitudine sit habenda , donec evidenter sint forsan argumentis contrarium probetur , vel nisi tales conjecture ad sint ( addit Layman huc e. 5. n. 4. ) que presumptionem , seu certitudinem accepti Baptismi tollant , & contrarium veritatem efficiant.
- Collige 3°. non esse rebaptizandos omnes 227 baptizatos ab hereticis. Quia ex una parte de fide est baptizatum ab hereticis collatum esse validum , si debitam formam , materialiam , & intentionem adhibeant. Ex alia parte constat non omnes hereticos in aliquo horum deficere. Unde S. Congregatio Concilii Tridentini anno 1570. teste Card. de Lugo respont. moral. l. 1. dub. 2. loquens in specie de Baptismo Calvinistarum , negat omnes rebaptizandos. Et velut rem notoriā P. Gobat n. 388. & 390 post Tannrum & Layman tradit baptizatos ab hereticis non rebaptizari , nisi occurrat aliunde dubium.
- Synodus quidem Provincialis Mechlinensis 228 sub Hovio anno 1667. celebrata , atque à Paulo V. approbata tit. de Bapt. sic statuit : quia frequens experientia docet , modernos hereticos sacerdos contra receptam Ecclesiae conjectudinem , & antiquissimam traditionem , uno aquam fundente , alio formam ipsam pronuntianti , baptizare. Et Pastorale Mechlinense anno 1649. auctum & recognitum eod. tit. ait : Quia nostri temporis heretici , pro intransitibili suo in Ecclesiam odio Sacramentorum formam plerumque mutant , materiali conueniunt , aut legitimam intentionem non habent , merito baptizatu ab iis collatus suspectus haberi debet. Proinde ab iis baptizati sub conditione baptizentur. Et idem Farvacius huc cap. 4. q. 8. petitione 3. Sylvius q. 66. a. 9. Preposito ibidem. Adamus Optatius apud Dianam p. 9. tr. 6. refol. 35. Quintanaduenas singul. tr. 1. sing. 3. n. 3. censem baptizatos ab hereticis iterum baptizari posse & debere.
- Verum ( quidquid alia acciderit ) nunc certe 229 Hollandi heretici ( uti testantur Catholici qui eorum mores norunt ) utuntur debita materia , forma & intentione , nec soleant Catholicos Sacerdotes in Hollandia degentes , rebaptizare eos , quos ab ipsis baptizatos esse constiterunt. Et idem Philippus Rovenius , iis in regionibus Vicariis Apoliticus , anno 1638. Constitutionem edidit sequentis tenoris : Baptizati ab hereticis non facile de novo baptizentur , nisi constet aliquid omnino substantialis circa illos praeexistens , vel rationabiliter de eo dubitetur. Ita etiam Synodus Ebroicensis anni 1576. Rothomagensis anni 1587. Remensis anni 1583. Turonensis ejusdem anni. Aquensis anni 1585. Tholofana anni 1590. Idque etiam sub conditione , fieri non debere Pius V. respondit

respondit apud Natalem Alexandrum 10. 2. Theol. Dogm. & Moral. 1. 2. de Bapt. pag. 461.

<sup>230</sup> Collige 4<sup>o</sup>. baptizatos ab obfetricibus, probata vita, baptizandi peritis, non est ordinari rebaptizandos, maxime si due vel tres matronæ, similius de necessariis instruēt, testantur se ad sufficere, curiosè ad omnia attendunt, debitamque materiam, & formam, ut oportet, adhibitam sufficere. Tunc enim nulla est probabilis ratio dubitandi. Et Catechismus Romanus 2. de Sacer. Bapt. §. 43. meritò improbat corum morem, qui quæcumque exploratum habeant, domi Sacramentum administratum esse, tamen facram ablationem, in Ecclesia, adhibitam solemnem ceremoniā, cum adjunctione, repetere non dubitant. Quod quidem sine sarcophagio facere non possunt, & eam maculam iuspiquant, quam divisorum rerum Scriptores irregularitatem vocant. Nam ea Baptismi forma Alexander Pava authoritate in illis tantum permittitur, de quibus, se diligenter perquisita, dubium relinquit, an Baptismum ritè suscepimus. Alterius vero nunguan fai est, etiam cum adjunctione, alieni iterum administrare. Videri potest Natalis Alexander loco citato pag. 453. ubi idipsum firmat ex S. Carolo Borromeo.

<sup>231</sup> Examinent ergo diligentissime Parochi (a iunt Constitutiones Synodales Constantienses p. 1. tit. 6. n. 4.) aut eorum socii, obfetrices, vel alios qui infans aliquem baptizarunt, an, quomodo, quibus verbis, & formâ, quâ materia & aquâ, & quâ intentione baptizaverint. Quod si debitam materiam, formam, & Ecclesia institutionem ad sufficere cognoverint, Baptismum minime repeatent.

<sup>232</sup> Itaque visuperabilis conjectudo quorundam (alt. Estius in 4. dist. 4. §. 15.) qui pafim & sine dis crimine infantes, ab obfetricibus propter vita periculum baptizatos, sub conditione baptizant, non alio dubitandi causam habentes, quoniam quid maiuscula foris vel intentione deficeret, vel in verbis preferendis hallucinari posuerit, cum tamen obfetricix interrogata testetur se ritè sotum ministerium pergeisse. Contra quem abusum graviter scribunt Dominicus Soto, Victoria, &c. Quibus Doctores communiter subscrubunt, & cum ipsis Jacobus Marchantius Candelabri Mysticis. 2. ubi sic: Pro quan ego examinavi diligenter obfetricem in presentia malierum, si invenio eam rectè formam sciere, & pronuntiare, adhibitam simili ab ipsa aquâ, & hoc ipsum presentes illas mulieres dicant se sub juramento id andare offere, nec tumultuarie quidquam factum, non rebaptizo. Quia & nostrum M. male Leodiseus ordinat non rebaptizandum.

Quia tamen in Diocesibus Mechlinensi & Ippensi in Belgio, Auguiana, Passavensi, Curieni in Germania, &c. Ritualia statuta rebaptizandos, ab obfetricibus baptizatos, nisi in casu speciale conterit omnia ritè peracta sufficere ita sentiunt Molanus tr. 4. conclus. 2. n. 28. Adamus Oparinus apud Dianam loco citato, Farvacupupræ petit. 5. Ludovicus Scildere tr. 6. de princip. conf. c. 2. n. 4.) Marchantius resol. pastoral. tr. 2. c. 5. n. 2. recte ait, colpando non est Parochos hac in re prakticantes statutum suum Diocesis.

Fator etiam particularem esse rationem dubitandi de valore Baptismi collati ab obfetricice venetica: quia cum tales sint jurata mancipia diabolii, nec dubium quoniam diabolus eas potentissime infligit ad perdendum infantes recens natos, & ipsæ, iusti diaboli, omnibus (præterim innocentiis) nocere soleant, quantum possunt: dubium rationabile est, an jubente, vel infligante diabolo, invalidè non baptizaverint, nisi species occurrauissent circumstantia, quo rationabile debum clidant. Videri potest Gobat à num. 683. ad 690. Qui etiam n. 412. existimat, rebaptizantem in du-

bio, etiam irrationabili, non incurere irregulatatem: utpote latam solūm in rebaptizantes scienter.

## CAPUT XVIII.

Necessitas, officium & obligatio Patrinorum in Baptismo adhibendorum.

**D**icendum (ait S. Thomas q. 67. a. 7.) quid 233 spiritus regeneratio, que fit per Baptismum, assimilatur quoddammodo generativi carni. In generatione autem carnali parvulus natus indiges nutrice & pedagogo. Unde & in spirituali generatione Baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutriti & pedagogi, informando & instruendo cum, quasi novitium in fide, de his quæ pertinent ad fidem, & vitam christianam. His verbis S. Doctor explicat necessitatem, officiumque Patrin, inde dicti, quid sit veluti Pater spiritus. Vocabatur & fiducijs cap. vos ante dicitur Confess. dist. 4. Sponsor à Tertulliano 1. de Bapt. c. 18. (quid utique pro infante id per se non valente, fiduciebat, & ipso deat, ut infra) fidei doct. ab Augustino epist. 23. Solliciti proinde Patrini esse debent (ait S. Carolus Borromeus ael. p. 4. iii. offic. Concionat.) ut quos in baptismis suscepimus fidei Christianæ rudimentis, sanctarum virtutum officiis, quibus ad salutem vita munitur, recte inserviant. Meminerit ergo Patrini angelica doctrina q. 67. a. 8. Unusquisque obligatus ad exequendum officium quod accepit. Dicimus autem, quod ille qui accepit aliquem de sacro fonte, assumit sibi officium pedagogi. Et sedd obligatur ad habendum curam de illo.

Necessitas autem, seu obligatio adhibendi Patrini in Baptismis, certa est ex pluribus canonibus 30. q. 1. & 3. necnon ex Tridentino sess. 24. de reform. matrim. c. 2. ubi sic: Unus tantum, sive vir, sive mulier (iusta sanctorum Canonum instituta) vel ad summum unus & una baptizatum de fonte suscepit, inter quos & baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, ne nos inter baptizantem & baptizatum, baptizati que patrem & matrem tantum spiritualem cognitionem contrahabatur. Parochus, antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab eis, ad quos spectabit, sciscietur, quem vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & cum vel eos tantum ad eum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, docetque eos quam cognitionem contraserint, ne ignoranter excusari valent. Quod si alii, ultra designatos, baptizatum tetigerint, cognitionem spiritualem nullo pacto contrahant, &c.

Hic Doctores communiter existimant, ad contrahendam hanc cognitionem, veramque denominationem Patrin, non sufficiere assentientem, sed necessarium esse, quid adhuc teneat infans dum actu ablutitur, vel certè immediatè accipiat ipsum de manu baptistæ, ita ut contrahat cognitionem, si solùm infans suscipiat de manibus compatrii, ut S. Congregatio resoluit apud Joannem Gallemari ad dist. 24. c. 2. de reform. matrim. docentque Martinus Perez, Bonacina, Dicattillo disp. 7. de matrim. 23. & aliis passim contra Sotum, Lopez & Sa, apud Sanchez l. 7. de matrim. disp. 56. n. 5.

Sufficit tamen quid Patrinus infans teneat, & è fonte levet per procuratorem ad id à se constitutum. Tunc enim verè est Patrinus, non procurator: utpote non suo, sed ipsius nomine tenens & levans, prout ex declaratione S. Congregationis traditum Castro-Palao, Sanchez & Gobat, contra Tolerum, Vivaldum, Sotum & Lopez.

Non licet autem Catholico hereticum filii sui adhibere Patrinum. Tum quia idoneus non est ad

istud officium ritè obeundum, sive ad puerum instruendum in fide Catholica. Tum quia hereticis interdicta est communicatio cum Catholicis in rebus sacris. Si quando ergo parentes, adhibere volentes Patrinum haereticum, repelliri nequeant, ob circumstantias difficiles, consulit Parochus imitabitur exemplum Germani Parochi, qui eum repellere non valens sine grande incommodo, omnia pertinente ad Patrinum omisit, baptizatumque infans obsterici involvendum immediate tradidit, per hoc efficiens quod haereticus non esset vere Patrinus.

**240** Videri potest casus mirabilis apud Marchantium Gandalabri Mytifici tr. 2. lec. 6. ubi sic: *Relatione certa didici, in Britannia minori, in Diocesi Leonensi, inter Landernacum, & montem Relatum, vulgo Marlyeca, 1622. in Februario contigit, quod sequitur. Cum puer baptizanda, Patrinus hereticus adhuc fuit, aliquis vellet dare nomen, miraculo- sa loquie infans, omnibus fluentibus, inclamavit: MARIA EST NOME MEUM. Unde nec Parinus admisit nisi fuit, nec nomen, quod optabat impone: quandoquidem divinitus repudiari censeretur; atque hoc prodigio declararetur. Deo & Sanctis displicere admissionem Patriui hereticum, impotito- nemque nominis Sanctorum ab hoste Sanctorum.*

**241** An autem Catholicus, rogatus ab haeretico, le-  
vare possit filium ipsius, baptizatum à Ministro haeretico? Negandum videtur cum Navarro, Azorrio, Lessio, &c. Quia Catholicus licita non est communicatio cum hereticis in sacris. Id tamen permittit Tannerus, Layman, Palao, &c. Per-  
mittit etiam doctissimus Boudartius sic tr. 2. §. 7.  
q. 3. in locis ubi Catholici hereticis permixti vi-  
vunt. Quia optimè exercere potest officium Patri-  
ni, quod est suscipere baptizatum in instruc-  
tionem & curam suam. Nec ipsi prohibitus est com-  
municare cum haereticis toleratis. Nec per hoc  
approbare censeretur contemptum ceremoniarum  
Ecclesie, vel errores haereticorum; immo potius  
impedire ne per Patrium haereticum id fiat cum  
majori Ecclesie contemptu, majori damno spi-  
rituali infantis, quem Patrinus haereticus instruc-  
ret in fide contraria doctrina Ecclesie.

## CAPUT XIX.

Obligatio baptizatorum ad servanda promissa  
baptismalia.

**242** **O** Mitis fidelibus studendum est (inquit Con-  
cil. VI. Partiente l. 1. c. 9.) ut pacienti &  
sponsori, quam cum Deo in baptismate fecerunt,  
semper memorē exstant, careanteque, ne quislibet  
vitiorum soribus se maculantes, non solū  
eundem sibi recedant ignem, verum etiam im-  
mundum spiritum, à se tempore baptismatis expul-  
sum, cum septenario demonum numero sibi addito,  
ad se quoquo modo redire faciant, fianque illis, ut  
Dominus ait, novissima pejora prioribus.

Et S. Carolus Borromaeus actor. Eccles. Me-  
diol. p. 4. tit. *Ordo Baptismi parvul. si habet:*  
*Post solitam renuntiationem, quā baptizatus re-*  
*nuntiat diabolo, & pompi ejus, & omnibus ope-*  
*ribus ejus, Parochus illum adnotet, & contesta-*  
*tur, dicens: Memor esto sermonis tui, & nunquam*  
*tibi excidat tua series cautionis. Patrinus: me-*  
*mor ero.*

Proinde valde periculsum est, & à Religione  
Christianâ alienum (pergit Concilium Pariente  
VI. loco citato) quod post tantu dom perceptionem,  
unusquisque fidelis, cum ad intelligiblera aten-  
tione, mysterium baptismatis discere, & intellige-  
re negligere, atque eo intellecto, secundum illud vivere non satagit. Quod periculum, & ad negligen-  
tiam pertinere Sacerdotum, qui id solerter devent

annuntiare, & ad auditorum incuriam, qui hoc intelligere, & adimplere parviperdunt, nulli du-  
bius est.

Et S. Carolus Borromeus loco pariter relato  
tit. Concil. offic. Concionator in doctrina de  
Baptismo, depravatum vite morem fidelium ex-  
gitet, qui, contra quam in Baptismo proponerant,  
vivant, & carni, & mundo, pomptique ejus, &  
satana, atque illius operibus: *Deo autem mortui*  
*sunt, &c.*

Quod quā iniquum sit, intellige ex his verbis  
Catechismi Romani p. 1. in explicacione secundi  
articuli Symboli Apololici n. 13. *Ecce enim ei nos-  
ipos, non scis ac mancipia Redemptori nostro ac  
Domino addicere & consecrare. Et quidem cum  
Baptismo initiatemur, ante Ecclesie fores id pro-  
fessi sumus. Declaravimus enim nos satanae, & man-  
do renuntiari, & Jesu Christo totos nos tradere.  
Quod si ut christiana militia adscriberemur, tam  
sanctâ & solenni professione nostros Domino nostro  
devovimus: quo supplicio digni erimus, si, post  
quam Ecclesiam ingressi sumus; Dei voluntatem &  
leges cognovimus; postquam Sacramentorum gra-  
tiam perceptimus; ex mundi & diaboli preceptis  
viscerimus, perinde ac si, cum Baptismo abiit  
sumus; mundo & diabolo, non Christo Domino ac  
Redempto: i nomen dedissimus.*

Idem diu ante dixerat Concilium Constantino-  
politane quinquefum can. 86. *Qui Christum  
per Baptismum induerunt, ejus in carne vite ogen-  
de rationem imitari professi sunt.*

Et ante Concilium quintum exum Augustinus epist. 59. ad Paulin. q. 5. baptismalem promissionem  
vocat: *vobis rogitum magnum, quo nos voreremus  
in Christo esse mansuros, aique in compage corporis  
Christi. Unde l. 4. dc Symbolo ad Catechismum.  
Diabolo vos renuntiare professi estis, in qua professio-  
ne non hominibus, sed Deo & Angelis ejus concri-  
bentibus, dixistis: Renuntio. Renuntiate non so-  
lum vobis, sed etiam moribus.... Scitote vos  
cum calido, antiquo & veterano inimico suscep-  
isse certamen: non in vobis post renuntiationem in-  
veniat opera sua.... Deprecberent enim & deteg-  
eris Christiane, quando aliquid agi, & aliquid profes-  
seris, fidelis in nomine, alia demonstrans in ope-  
re, non tenens promissionem tua fidem.. Quid tibi  
cum pomps diaboli, amator Christi? Noli te falle-  
re: edit enim tales Dei, nec inter suos deputas  
professores, quos certis viis facere deterreres.*

Et ante Augustinum Hieronymus in cap. 6. 249  
Amos. In mysteriis primum renuniamus, & qui  
in occidente est, nobisque moritur cum peccatis, &  
sic versus orientem pedium inimus cum Sole justi-  
tiae, & sic nos ei servituros promittimus.

Et ante Hieronymum Ambrosius l. 1. de Sa-  
cram. c. 2. *Venimus ad fontem, ingressus es...  
occurrit tibi Levita, occurrit Presbyter, undus es  
quaes Athleta Christi.... Quando te interrogavit:  
Abrenuntias diabolo, & operibus ejus? Quid re-  
spondisti? Abrenuntio. Abrenuntias seculo, & vo-  
luptatibus ejus? Quid respondisti? Abrenuntio. Me-  
mor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tua  
series cautionis. Si chirographum homini dederis,  
teveris obnoxius... & relatiōnē te sanctorū ad-  
stringit: si reculas vadiis ad iudicium, atque il-  
lic tuā cautione convinceris. Ubi promiseris con-  
sidera, vel quibus promiseris. Levitam vidisti: sed  
Misteriū ejus Christi... Ergo chirographum tenet  
non in terra, sed in celo... Ergo abrenuntias mun-  
do, abrenuntias seculo: efflo sollicitus. Qui pecu-  
niā debet, semper cautionem suam confidat. Et  
tu, qui fidem debes Christo, fidem serua, que mul-  
to pretiosior quam pecunia est... Et tu ergo semper  
recordare quod promiseris. Si teneas promissionem  
tuam, tenebis & cautionem.*

Et ante Ambrosium Gregorius Nazianzenus 251

- orat. 40. Nihil alind esse vim & facultatem Baptis-  
tismi existimare debemus, quam secunda vita &  
priori vivendi rationis pactum, cum Deo iustum.  
Ac proinde vel maximo in meo omnes esse, atque  
omni custodia nostras animas servare debemus, ne  
hoc pactum violare conperiamur. Nam cum ad  
mutus hominum pacta firmanda Deus medius ad-  
biberi solet, quantum (quoso) periculum est, ne  
federam cum Deo ipso contradicat perfringat reperi-  
atur, ac, praeter alia peccata, ipsius quoque men-  
daci apud Veritatis tribunal rei peragatur.
252. Et Gregorius Nyflenus orat, de Bapt. Christi:  
Pactum in traditione mysterii cum Deo homo fecit,  
quo se omnem penam, cruciatum & voluntatum  
pro illius dilectione negligiarum esse promisit.
253. Et Basilus (frater ipsius) in termino de in-  
stucione baptizandis: In Baptismo aque ex pacto  
polliceti videtur, profecti illis, quodcumq[ue] cum Christo  
crucifixi, mortui, sepultique sumus. Et term. 2.  
de Baptismo: Qui in mortem Christi baptizatus  
est... irrevocabili pacto se adfrinxit, ad hoc ut  
Christum sequatur in omnibus.
254. Et S. Ephrem, Syrus (Ecclesia Diaconus) Ba-  
silii synchronus (magister orbis appellatus) l. de  
Jod. ext. cap... In Baptismo facimus... admodum  
majora... Fatus namque verbis cunctis que nomi-  
nabant mala, queque odit Deus, valere habemus,  
& abrenuntiamus. Cujusmodi sunt non unum dunc-  
taxat, non duo, nec decem; sed quodcumque ap-  
pellatur malum, puta, abrenuntio satana, & cun-  
ctis operibus ejus. Quibus (inguano) operibus?  
Audi: fornicatione, adulterio, immunditia, men-  
dacio, furto, inuidie, beneficio, divinatione, in-  
cantationibus, excandescensie, rite, blasphemie,  
inimicitie, contentionis, emulacionis. Abrenuntio  
(inquam) ebrietati, otiositatio, superbia, lasci-  
via, atque accidie. Abrenuntio risus, cybaria-  
rum laughters... Abrenuntio avaritiae, odio in fra-  
ternis, rapinis... Et quoscum pluribus agit? Non  
enim modo suspectus tempus enarrandi omnia. Ab-  
renuntiamus candis... que cuncti novimus opera  
esse diabolorum... Hec omnia abnegamus, & ve-  
terem hominem, una cum actionibus suis exau-  
mus, novum vero Adam induimus. Prefato sig-  
natur hæc opera mala, qui posse gratiam in sacro bap-  
tismate acceptam, fecerit, gratia excidit, Chri-  
stus fugit in peccatis permanenti nihil proderit.  
Auditis, ô Christi amatores! quanta malorum mul-  
titudinum abrenuntiavimus paucis verbis. Atqui hæc  
ipsa abrenuntatio, & pulchra confessio exigitur à  
quocumque Christiano in illa die. Scriptum est enim:  
quoniam ex verbis tuis justificaberis, & ex ver-  
bis suis condemnaberis. Iterumque Dominus ait:  
de ore tuo te judico serve nequam.
255. Quæ cum ita sint, sequitur baptismalem abre-  
nuntiationem, quâ abrenuntiamus satana, & om-  
nibus pompis ejus (quæ sunt ipsæmet pompa mun-  
di, u[er]i Concilium Parisiense VI. loco citato declarat his verbis: Pompa diaboli hæc est, quæ &  
pompa mundi, &c.) esse votum veræ & propriæ  
dictum, cum sit promissio Deo facta de meliori  
bono, ut constat ex laudatis Patribus, eam appelle-  
lantibus pactum initum cum Deo, sponzionem,  
promissionem, professionem, fidem Christi datam,  
&c. Eandem S. Dionysius l. de Ecclesi Hierarch.  
c. 2. vocat eternum sacerdotis nexum, quo accedens ad Baptismum se Christo devincit. S. Au-  
gustinus exprefit vocat votum maximum. Arnobius  
Junior in Psal. 49. 55. 64. & 75. exprefit etiam  
votum appellat, quo (ut ait in Ps. 75.) in  
baptismatis confectione vorerent seip[s]os tradere  
Christo; & omnibus operibus diaboli renunciare.
256. Idem tradunt Scholæ Principes, Magister Sen-  
tentiarius l. 4. d[icit] 38. Votum, aliud est commu-  
ne, aliud singulare. Commune est illud, quod in  
Baptismo omnes faciunt, cum spondent renunciare  
Tom. III.
- diabolo, & pompis ejus. S. Thomas 2. 2. q. 88.  
a. 2. docet, votum posse esse de iis quæ sunt ne-  
cessaria ad salutem, & hoc modo (inquit ad 1.)  
sub voto baptizatorum cadit abrenuntiare pompis  
diaboli, & fidem Christi servare, approbatque  
Glossam de eadem abrenuntiatione ex Augustino  
& Caffiodoro dicente: In Baptismo vorerent ho-  
mines abrenuntiare diabolo, & pompis ejus.
- Cum iis Eminentiss. Cardinalis Berillus (apud 257  
Merbeium Summa Christi. to. I. p. 3. fol. 60.)  
promissionem in Baptismo fieri solitam veri no-  
minis votum esse tradit eleganter h[ab]et verbis:  
Votum est religionis Christi, quam ipsem Christus  
excoigitavit & instituit. Hujus religionis prima &  
antiquior professio est beata Virgo, & Apostoli pri-  
mi & antiquiores prepositi. Votum est non secun-  
dum, aut quartum, aut novum privati cuiuspiam  
Ordini, sed votum primeum, in primariis Christia-  
na Religionis officiis fundatissimum. Verum est  
votum, Religionis non recentis, sed antiquæ; ejus  
quippe antiquitas coetanea est (ut ita dicam) E-  
vangeliu[m] & Christiano nomine... Votum est, non  
Religionis, qua originem è terris traxerit, sed Reli-  
gionis è celo oriundæ, cuius Author est in celo & in  
terris, utpote qui celum & terras supremā potestate  
moderatur. Votum est Religionis, non temporum spa-  
tiis definite, sed Religionis è terris in celum transi-  
tura, & in omnem aeternitatem propaganda. Votum  
non Religionis, qua suam originem viro cuius-  
piam sanctissimo referat acceptam, que se ab aliis  
externo habitu differe patescat; sed Religionis,  
quam Sanctus Sanctorum, & ipsem Dei Filius  
instituit, que unis dumtaxat orbis terre terminis  
& limitibus circumscriptur; qua unum Evangelium  
sua directionis regulam insuetus; qua Christo  
Domino, beatissimo videlicet & glorioissimo habitu  
induitur. Votum est igitur Religionis, opima solemnis,  
primaria, & iuxta, à qua ceteræ omnes Reli-  
giones nata sunt & suspensta. Hujusmodi Religionis  
votum & iurandum in eo positum est, ut quot-  
quot illam amplecti gestante, renuntiant mundo &  
diabolo, & semetip[s]o abnegant, & Christo Iesu,  
cùm Capiti, fideliter adhaereant. Hoc est votum,  
hæc est profectio solemnis, quam in Baptismo Chri-  
stiani fidelitatem, & ita Doctores Ecclesie, tam anti-  
quæ, quam recentiores nominant. Ita etiam Illus-  
triss. Episcopus Caftoriensis in Amore suo pœnitente p. 2. c. 6. §. 2. Idemque aperte indicat Cat-  
echismus Romanus ubi supra, dum abrenuntia-  
tionem baptismalem sanctam & solemnem vocat  
professionem, quâ nosipso Domino nostro DEVO-  
VIMUS.
- Nec solum Patres & Theologi, sed & Jurisconsul-  
ti, baptismalem promissionem votum appellant:  
Nobis (inquit in Lexico Juridico Juri Cæsarei  
& Canonici verbo votum) præcipuum votum est,  
quod in baptismate facimus.
- Ex his sequitur non sine fundamento viros do-  
cens confesse, baptizatorum criminis, ultra pro-  
priam malitiam, contrahere malitiam sacrilegii,  
cùm sint opera diaboli, quibus voto renuntiarent.  
Cùm etiam sancti Patres, in eos qui peccatis gravibus post Baptismum sese maculant, velut in  
perfidos & fecifragos insurgant. Neque tamen  
opus est id explicare in confessione. Quia satis notum  
est, eum qui confitetur esse baptizatum. Vi-  
deri possunt Caftoriensis loco citato, & Boudar-  
tius de Bapt. §. 6. &c.
- Confutum proinde foret, ut sicut in variis Re-  
ligiosis Ordinibus, quotannis fit votorum reno-  
vatio; sic à Christians omnibus quotannis reno-  
varetur baptismalis professio, & more piorum olim  
Christianorum, unusquisque diem illum, quo bap-  
tizatus est, non conviviorum apparatus, non luxu,  
non operibus tenebrarum (cùm dies lucis sit) sed  
ardentiori prece, eleemosynâ (si per facultates li-

ceat) omniq[ue] charitatis opere & pietatis exercitatione, spiritualisque gaudii celebritate quotannis recolat, memor se chirographo damnationis deleto, hereditatis caelestis partem in Christo Domino factum suu[m], inquit Synodus Mechlinensis sub Hovio tit. 3. c. 10.

Dixi more plororum olim Christianorum. Quippe Religiosi Instituti olim fuit (ut eadem Synodus testatur) diem Baptismi, qui solemniter abrenuntiationis Iponsione infixus est, quotannis à fidelibus p[ro]i[er]e celebrari. Quod & testatur S. Carolus Borromeus in Concilio Provinc. VI. p. 3. de Bap. Religiosi Instituti olim sicut diem Baptismi quotannis à fidelibus p[ro]i[er]e celebrari; id quod S. Gregorius Nazianzenus (orat. 39.) aliquando ostendit. Quae sane infistatio, cum ad pietatis christiana cultum, primum morum disciplinam non parum adjumentum, in primis adiutorice Dei gratia, effere possit, eam in usum revocari vobemeuter in Domino cupimus. Itaque Parochus & Confessorius, prout occasio tulerit, in id incumbant, ut fidelium, quorum curam gerunt, unusquisque, quo die baptizatus est, quotannis ardenter prece, eleemosynā, omniq[ue] charitatis opere atque officio, spiritualis gaudiū celebritate recolat: Idipsum Concionatores opportunē inculcabunt in die dedicationis Ecclesie, cum S. Bernardus ferm. 1. de dedic. num. 3. & 4. dicentes: Vestrā est igitur, fratres charissimi, vestra est hodierna festivitas; vos dedicati eis, vos Deus elegit & assumptis in proprios... In nobis proinde spiritualiter impleri necesse est, que in parietibus visibiliter praeservant, &c.

261 Justum quoque est, ut quisquis post Baptismum mortali se fodavit criminē, reliquo Christo (cui se per Baptismum devotus) ad infestissimi hostis ipsius partes transiit, in conversione sua professionem suam baptismalem renovet. Nam, ut Gregorius VII. ait l. 7. epist. 10. quisquis dignè vult penitire, necesse est ut ad fidem recurrit originem, & quod in Baptismo promisit, diabolo scilicet, pomptique illius abrenuntiare, & in Deum credere... mandatis eius obediere, sollicitus sit vigilanter custodire. Ideoque S. Grodganus Episcopus Metensis, in regula Canonici conscripta c. 32. jubet, ut poenitentes frēderā baptisma, sacrilegē violata, renovent.

262 Quod reipsa fieri ab unoquoque verē poenitentia certe illustrissimus Deus Episcopus Vencensius homil. 11. in Dom. 4. Advent. ubi docet, poenitentem, cum Deo per Sacramentum Poenitentiae reconciliatur, novo frēdere le terūm Deo devovere. Quando (inquit) inter Principes pacis frēderū conciliatur, variae adibentur solemnitates, ad maiorem fāderis firmatatem procurandam. Juratus Pax coram sanctis altaris, sanguinatur Evangelia, offert Episcopū sacrificium Corporis Domini, ejus inter manus Pax juratur, ut nemo illud pacis fidei violare possit, nisi & temerata religionis, & prodita fidei reus esse & haberi velit. Peccator,

ubi tu promisisti quod Deum amplius non offenderes? Nonne in perceptione Sacramenti? Et quidnam hic Sacramentum? Nonne in perceptione Sacramenti Poenitentiae? Cur hoc Iesus Christus instituit, & quo intuitu? Nonne intuitu sue misericordiae? Pusquam baptismalem perdiderat gratiam, pusquam violaveras promissa de abrenuntiando diabolo, pomptique & operibus ejus, hanc quidem mebaris aliud subfidiū... quippe planteras peccatum tuum, & poponderas te ad illud nunquam reditūrum. Et nibonissimum in illud iterum abivisti precepisti, nihil faciens promissa & iuramenta, quibus te iterum Deo addixerat, &c.

Enimvero penitentia (ut S. Climacus ait initio gradus 5.) est revocatio baptismatis: penitentia est pactum cum Deo initium de vita priore emendanda, & meliore instituenda. Unde S. Eligius poenitentes non prius absolvebat, quam clara in altum manu promisissent, crimina le non ampius commissuros, sed vitam caelestem ducturos, ut videre est apud ipsum homil. 7. Unde crudelissimus vir Claudius Fleury, Dux Veromanduum Instructor, lib. de moribus Christianorum art. 36. Dum (inquit) Episcopi erant in procēdu, ut penitentes reconciliarent, eos exhortabantur ut... in vita emendanda omne studium poserent, juventes, ut clara manu promitterent, se illi studio esse vacatores.

Proinde proinde Christiani omnes, quantam 264 Deo, sibi ipisis injuriant faciunt, dum frēderū cum Deo initiū jura violantes per mortale peccatum, renuntiant Deo, & mandatis ejus, ut dia- bolo, operib[us]que & pompi ejus serviant.

Recogitent etiam, malorum omnium cumulū esse à gratia baptismali excidere, nullamque vita poenitentes miseriam illi mali esse comparabilem: cum mortale peccatum, regnans in corde talis hominis, diabolo tyrannorum omnium longe maximo, ius det & potestatem exercendi in ipsum tyrannidem septies, id est infinitas eā crudeliores, quam ante Baptismum exercerat. Nam a summa spiritus nequiores se, & ingressi habstant ibi, & sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Matth. 12.

Summo proinde studio patres & matres fatigare debent, ut gratiam baptismalem in filiis suis confervent. Verum de ipsis Os aureum l. 3. ad vers. vituperat. vit. Monast. meritō conqueritur, quod dum circa vita poenitentis commoda aquo amplius incumbunt, & ferē dixerim infantū... & suam pariter & liberorum curam spiritualē ne negligant. Audias (inquit) patres, cum liberos suos ad studia literarū hortantur: Ille (inquit) humili loco natus, dicendi facultate consecutus est summa Magistratus... Illi Latina Lingua eruditus, in Regia clarissimus est. Alius alium... curcioque penitus insignes, & claros in saeculo viros memorat. Cœlestis vero conversationis, cœlestium bonorum nul- la omnino sit menio, &c.

